



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

De Sancto Aurelio Episcopo Riditionis Commentarius Praevius

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

MIRACULA apocrisiarium ³⁷ cum quibusdam amminiculis exeniorum ³⁸ destinantes, mirabile dictu ³⁹, sed non mirabile quia divinum, quoniam quaecumque vult Dominus facit ⁴⁰, omnia vasa sine aliquo impedimento atque dispendio percipere meruerunt. Quam ob rem tota civitas de merore ad gaudium convenientes, in laudem Domini proruperunt dicentes ⁴¹:

sanctis
iuvantibus,
recuperan-
tur.

« Gloria, Christe, tibi, sanctorum gloria celsa,
Qui tam mira facis, famulis qui tanta ministras,
Qui tibi perfecte famulantes ad tua celsa
Regna levans, nimium praeclaros esse dedisti,
Ut tecum semper regnantes commoda prestant,
Afflictis populis et gaudia leta ministrent.
Ecce tuo sancto solamine martir opimus
Noster obans nimium ⁴² Ianuarius atque Agri-
[pinus

Hostes adversos mergunt ad tetra profundi, D
Corda nefanda ligant ⁴³, valeant ne sancta te-
[nere ⁴⁴.

Nunc quoque sic nobis, ereptis hostibus atris,
Vasa sacrata ferunt de sinu pestis inique. »

Talibus igitur Parthenopensis populus sanc-
torum Ianuarii et Agrippini muneribus ditati et
iocundati magis magisque eis ⁴⁵ suppliciter fa-
mulari ceperunt; credentes per omnia se semper
et a presentibus et futuris adversitatibus illo-
rum iuvamine ⁴⁶ tueri et gubernari, opitulante
utique illo, qui eos fecit viriliter pugnare et
vincere et in regno suo ⁴⁷ secum sine fine gaudere,

Qui cum Patre manens ⁴⁸ simul et cum Fla-
[mine Sancto
Rex ⁴⁹ Deus immensus regnat ⁵⁰ per secula
Amen ⁵¹. [cuncta.

³⁷ apocrisiarium C. N. — ³⁸ remorum C. — ³⁹ dic-
tum C. — ⁴⁰ faciat N. — ⁴¹ om. C. — ⁴² martir C. —
⁴³ inligant N. — ⁴⁴ tenerent N. — ⁴⁵ ei C. —

⁴⁶ iuvamine C. — ⁴⁷ et add. N. — ⁴⁸ vivit C. —
⁴⁹ res N. — ⁵⁰ regnans C. — ⁵¹ om. N.

B

E

DE SANCTO AURELIO

EPISCOPO RIDITIONIS

ANNO 475

COMMENTARIUS PRAEVIUS

H. D.

1. S. Aurelium, episcopum Riditionis, quae
vulgo civitas Armeniae habetur, ne nomine quidem
recenset ullus, quem sciam, Armeniorum hagio-
graphus; quod nemo sane mirabitur, qui varia de
eius historia monumenta et lucubrations diligen-
tius perspexerit. Obiit ille in urbe Mediolanensi,
ibique coli coepit et hodieum colitur. Sae-
culo autem IX, quo tot sanctorum corpora a suis
sedibus (impie an religiose dixerim, nescio) amota
C sunt et per christianum orbem dispersa, reliquiae
S. Aurelii in Alemanniam translatae feruntur,
ubi condita cella S. Aurelii seu coenobio Hirsau-
giensi, novus eiusdem venerationi splendor acces-
sit. Quae fuerint in utroque loco cultus eius
initia seorsim expediendum.

Metropolitani E. 48, ipsius manu exarato, quem-
que inscripsit Quodlibet. Pag. 109: Carmina de-
scripta in tabula lapidea sepulchri sanctorum
Dionisii et Aurelii. Tituli, quem ex ipso lapide
exceperat Castellus, apographum perhumaniter no-
bis communicavit v. d. Hugo Monneret de Villard,
in Academia Mediolanensi lector. Nemo eorum
qui eundem typis ediderunt (2) Castellus quodlibeta
inspexit (3).

V = Iacobi Valerii, canonici Scalensis, in
codice bibliothecae Trivultianae inscripto: Inscrip-
tiones selectiores in locis publicis civitatis Me-
diolani existentes. Fol. 138: Carmina descripta
in tabula lapidea sepulchri sanctorum Dionisii
et Aurelii. Valerium non ex lapide sed « ex sche-
dis nescio quibus » epigramma dedisse opinatus
est Mommsen (4); apographum genuinum ex la-
pide censet Rossius (5). Lapidem a Valerio, qui
anno 1651 octogenarius obiit, videri potuisse du-
bium est, cum post reliquias in ecclesiam cathedra-
lem anno 1528 translatas, anno 1549 ipsa Sancti
Dionysii ecclesia destructa sit. Schedas Castel-
lianias, aliasse simillimas, prae manibus habuis-
se censendus est.

A = Andreae Alciati († 1550), in codice bi-
bliothecae Dresdensis I, fol. 152, e quo epigram-
ma protulit Mommsen (6). Haec autem annotavit

§ I. De cultu S. Aurelii apud Mediolanenses.

S. Aurelii
titulus
sepulchra-
lis

2. Mediolani in ecclesia quondam Sancti Dio-
nysii exstabat carmen S. Aurelii sepulchro incisum,
nunc deperditum, cuius tria habemus apographa
integra.

C = Francisci Castelli, canonici ordinarii Me-
diolanensis (1), in codice bibliothecae Capituli

(1) Ph. ARGELATI, *Bibliotheca scriptorum Me-
diolanensium*, t. I, p. cccix. — (2) C. I. L., V,
6183^b; FORCELLA-SELETTI, *Inscrizioni cristiane in
Milano* (Codogno, 1897), n. 160; F. BUECHELER,
Carmina latina epigraphica, n. 1359. — (3) Eiusdem

apographum, non tamen integrum, in cod. biblio-
thecae Ambrosianae N. 300 Sup. — (4) C. I. L.
V, p. 620, ad n. 7. — (5) *Inscrpciones christia-
nae Urbis Romae*, t. II, p. 179, ad n. 7. — (6)
C. I. L., V, p. 620, n. 7. Alciatum quoque secu-
Alciatus

A Alciatus: « In subterraneo divi Dionysii sacello, quod orientalis portae suburbanum est, altare marmoreis tabulis conjectum stabat, in quo arca alia antiquissima sanctorum episcoporum ossa servabat, quae proximo bello intra urbem translata fuerunt, cum Germani milites etiam in ipsam arcam saevissent. In ea id carmen etiamnum legitur, post consulatum solius domini divi Leonis inscriptum: is fuit publicae salutis annus

CCCCLXXVII. » Varia deinde notat de licentia in Dionysii nomine. Ipse autem maxima usus est licentia cum carmen ad strictioris grammaticae et metri leges redigeret, quod reapse aduleravit, ut ex varia lectione constabit.

Unde parum refert utrum, ut censuit Rosius (1), lapidem viderit an secus.

Ex C igitur titulus promendus est, ceterorum notata varia lectione.

AUCTORE
H. D.

DEPOSVIT CORPVS TVMVLO SED LAVDE PERENNIS
AVRELIVS PENETRANS REGNA BEATA POLI¹
QVI MORTEM VICIT MERITIS MVNDVMQVE RELINQVENS
IMMENSVM CHRISTI POSSIDET IMPERIVM
CVIVS VT AGNOSCAS SANCTAE PRAECONIA VITAE
CONSORTIS LECTOR RESPICE FATA VIRI²
AMBO PARI LVCIIS CLAVSERVNT TEMPORE METAM
MEMBRAQVE DIONYSIO³ IVNXIT AMICA PAPAE
PROMPTA SACERDOTIS LACRYMAS MENS INVIT⁴ ORANTIS⁵
HANC IDEO TABVLAM OBTVLIT⁶ EVSEBIA
AVRELIVS CIVITATIS RIDITIONIS EPISCOPVS
HAC⁷ DIE POSITVS QVO ETIAM PONTIFEX SANCTVS⁸
CONFESSORQVE DIONYSIVS POST CONSOL(ATVM)
DOMNI N(OSTRI) DIVI⁹ LEONIS IVNIORIS

¹ Aurelius coeli regna beata petit A. — ² respice et acta viri A. — ³ membra Dionysio A. — ⁴ invit V. — ⁵ sacerdotis mens ut iuvet exoranteis A. — ⁶ detulit A. — ⁷ hic eo A. — ⁸ sanctiss. A. — ⁹ domin divi A.

perperam
intellectus.

3. Huius inscriptionis, cuius subobscura phrasis est, significatio satis plana videtur. Aurelius episcopus Riditionis, quae ignota sedes est, apud Mediolanenses obiit, anno 475, ipsa anniversaria S. Dionysii obitus die, et prope huius sepulchrum depositus est. Pia mulier Eusebia, memor beneficii suis precibus ab Aurelio concessi, titulum ei posuit. Rem aliter intellexerunt hagiographi Mediolanenses sequioris aetatis qui S. Dionysii gesta conscripserunt. Nota temporis plane neglecta, Aurelium cum Dionysio amicitia iunctum fuisse existimarunt, ab eoque sanctum virum exsulem in civitate sua Riditione exceptum fuisse, mortuum ad suos reductum (2). Sunt et qui ambo Mediolani uno die tumulatos fuisse putent: Factus est denique eius et exsequiarum socius virtute venerabilis Aurelius episcopus, ut qui fuerat eius exilii et passionis consors, fieret eius itineris socius ad Dominum (3). Nulla haec indigent conjuratione, et epistolam S. Basilii de reditu reliquiarum S. Dionysii (4) afferre necesse non est, cum tempora inter se aperte pugnent. Simul evanescit quaestio, quae nullorum ingenia vexavit, de sede episcopali quam in Armenia S. Aurelius occupavit, quae quaestio ex primo hagiographorum errore nata est. Etenim cum S. Dionysium in Cappadociam seu Armeniam Minorem

relegatum esse scirent, Riditionem in Armenia sitam esse consequenter asseruerunt. Nec mirum inter armenias civitates illam reperiri non potuisse, et frustra Papebrochium, qui titulum non viderat et in suis codicibus Arrecium pro Riditione legebat, de Ararathia cogitasse (5), consentiente Leguier aliisque (6). Nec felicitus Savio (7), cui Reschdouni (quam civitatem existimavit Magnae Armeniae, reapse autem pagus est) praeplacuit. Qui quidem omnes et singuli diligentissime enodare saeperunt quod inenodabile est. Solo enim nomine Aurelii sedes nota est, et quo itinere quae de causa Riditione Mediolanum pervenerit prorsus ignoramus.

4. De S. Aurelio audiendus nobis est celebratus Liber notitiae sanctorum Mediolani, qui tum de ipso Aurelio tum de Dionysio agens non pauca utilia collegit. Et quidem pro more incipit a numerandis ecclesiis sancto dicitis (8).

Memoria ecclesiarum sancti Aurilii. De sancto Aurelio confessore et episcopo urbis Reicum est festum in altare monasterii sancti Dionysii cum quo iacet.

Item habet ecclesiam ubi dicitur sanctum sepulcrum apud Bribiam.

Item habet ecclesiam in burgo Stationa. Tum sequitur:

F
Mediolanensium hagiographorum scripta.

tus erat I. P. PURICELLI, *De SS. Martyribus Arialdo Alciato et Herlembaldo Cotta* (Mediolani, 1657), p. 482. — (1) *Ibid.*, cf. DE ROSSI, *Inscriptiones*, t. II, p. 176; t. I, p. 380-81. — (2) *BHL*, 2168, n. 25, 26. — (3) *BHL*, 2169. — (4) *Epist.* 197, P. G., t. XXXII, p. 709-713. — (5) *Act. SS.*, Maii t. VI, p. 41, num. 11. — (6) *Oriens christi-*

stianus, t. I, p. 452; CHASTELAIN, *Martyrologe Universel*, p. 570: « S. Aurèle évêque d'Ariarath aux confins d'Arménie et de Cappadoce. » — (7) *Gli antichi vescovi d'Italia*, t. II, p. 122. — (8) M. MAGISTRETTI - U. MONNERET DE VILLARD, *Liber notitiae sanctorum Mediolani* (Milano, 1917), p. 42. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXXIX, p. 164.

17 Memoria

AUCTORE
H. D.

Memoria sancti Aurilii.

Beatus Aurelius fuit socius sancti Dionisii praedicantis Capadotiam et Armeniam. Cum sanctus Dionisius esset defunctus in quodam reclusorio Capadotie ductum est corpus eius per sanctum Aurelium beato Ambrosio et dictus beatus Ambrosius sepelivit eum in loco Casiano Abduae (1) cum omni reverentia. Tunc beatus Aurelius venit Mediolanum ubi vixit <ad> ecclesiam Salvatoris et Prophetarum que dedicata fuit die sexto marciarum. Deus et dominus noster volens tantum et tam magnificentem Aurelium pontificem velut emeritum militem multum in militia domini sui triumphante(m) et subdantem multis premiis multisque honoribus inephabili remuneratione honorificare et magnificare, de ergastulo carnis, nono die novembris ad eternam gloriam angelicis choris stipatus exire precepit. Hic sanctus Aurelius pontificali humilitate et sacerdotali caritate sancti Dionisii < in > exequis sotiis virtute venerabilis, ut qui fuerat eius exul et praedicationis consor(s), fieret eius itineris ad dominum socius (2). Vere digno est conlaudandus praeconio et attollendus, magnificandus et praedicandus comertio. Hic ex quo ad Christum perrexit tanta cottidie miracula per eum Dominus facit, ut nulla carnis sufficiat promere lingua. Ergo beati Aurelii vitam admirandam multiples signorum <rum> numerus commendat, regnante domino nostro.

De sancto Dionysio agens, haec de Aurelio addit (3):

Dionisius Armeniam in civitatem Reitium exilio destinatus est... Postea reliquie corporis eius per sanctum Aurelium Reitium (sic) episcopum receptas beatus Ambrosius ad Cassianum Aduae cum digno honore condidit. Tunc pax ecclesiae redita est. Beatus Aurelius apud Mediolanenses obiit sepultus in ecclesia Salvatoris quam ad honorem sanctorum Veteris Testamenti hedificavit beatus Ambrosius. Item anno domini MXXXIII venerabilis Mediolanensis archiepiscopus Heribertus fecit monasterium sancti Dionisii, ubi transtulit eius corpus, una cum sancto Aurelio die octavo ante kalendas martii in altari superiori; inferius est altare prophetarum.

In his tumultuose congesta sunt vera et falsa, ita tamen ut quaecumque de S. Aurelio saec. XIII a Mediolanensibus tradebantur ibi reperias. Quod dicunt S. Dionysium Cassani Aduae sepultum esse (4), ad fabulas procul dubio ablegandum est, et sacras reliquias statim Mediolanum recta via translatas fuisse (5), eodemque loco saeculo sequenti corpus S. Aurelii depositum esse in dubium revocari nequit. Translationis autem sub Heriberto nullum est vestigium. Monasterium enim constituit ad antiquam ecclesiam in qua sanctorum corpora quiescebant.

5. E solo titulo vix effeceris S. Aurelium Mediolani non a sola Eusebia, sed publice ut sanctum cultum fuisse. Quare de initiis eius cultus nihil traditum est. Itinerarium Salisburgense inter sanctos illum recenset: Est et in alio loco iuxta Mediolanensem urbem... in una ecclesia dextera parte ibi pausat Baleria mater sanctorum Gerbasii et Protasi sanctus Diunius mart. sanctus Aurelius mart. (6). *Martyrem credidit, sive incaute nominavit; non alium Aurelium sed nostrum hunc esse e S. Dionysii societate palam fit. Titulum a scriptore visum esse probabile est, quod satis illi esse potuit ut Aurelium sanctum existimaret. Certe saec. XI pari cum Dionysio honore Aurelius habebatur. Anno enim 1023, ut habent Annales Mediolanenses minores, Heribertus, archiepiscopus Mediolani, construxit monasterium sancti Dionysii (7), cuius fundationem diplomate firmat in hunc modum: Ego Aribertus infinita omnipotentis Dei misericordia Ambrosianae ecclesiae archiepiscopus, pro salute animae meae necnon magni Henrici imperatoris augusti atque totius urbis vivorum ac defunctorum fidelium, ecclesiam, in qua beatissimorum confessorum Dionysii et Aurelii sacra corpora requiescunt, cum omnibus quae nunc habet vel habebit, apostolica beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate irregulari et ordinare disposui monasterium... clericos autem, qui nunc in eadem ecclesia obedientiam habent quietos esse volo (8). Testamento autem quod anno 1034 condidit, legavit ad abbatem et monachos de monasterio sanctorum confessorum Dionysii et Aurelii quod ego noviter pro remedio animae meae aedificavi solidos triginta (9).*

6. Eo igitur tempore S. Aurelii corpus in ecclesia Sancti Dionysii etiam tum quiescere censebatur, nec ulla memoria erat translationis reliquiarum in Germaniam opere Nottingi, episcopi Vercellensis, anno circiter 830. De qua translatione, a nonnullis immerito in dubium revocata, mox agendum erit. Certe saec. XVI ineunte, cum ecclesia Sancti Dionysii temporum calamitate esset deserta, translatae sunt tum S. Dionysii tum S. Aurelii reliquiae in ecclesiam cathedralem, cuius rei testimonium reliquit Franciscus Castellus. MDXXXVIII, die veneris primo martii, nota quod die suprascripto reposita fuerunt corpora sancti Dionysii archiepiscopi Mediolani et Aurelii episcopi in partibus Armeniae, post altare maius ecclesiae Mediolanensis, prope tumulum sancti Galdini, videlicet versus meridiionalem sacristiam, praesentibus Rev. domino Ioanne Maria Tonso, vicario archiepiscopali (10) et toto capitulo et officialibus ecclesiae magnaque populi Mediolanensis multitudine: de qua rogatum fuit instrumentum per spect. dominum Ioannem Georgium Castanum, Ioannem Petrum Berna-

Venerabilis
S. Aurelii
initia.

Translationes
Mediolanenses

anno 1538

(1) Al. Cassianum Aduae, ibid., p. 102. Scilicet Cassano d'Adda, in provincia hodierna Mediolanensi, ab hac civitate 26 km. distans. — (2) Supra, num. 3. ex BHL. 2169. — (3) Liber notitiae sanctorum Mediol., p. 102. — (4) Act. SS., Maii t. VI, p. 42-43. Cassanensium traditiones « reverenter indulgenterque » susceperat Papebrochius noster. — (5) I. A. SAXIUS, *Archiepiscoporum Mediolanensium series historico-chronologica*, t. I

(Mediolani, 1755), p. 69. — (6) DE ROSSI, *Roma Sotterranea*, t. I, p. 140. — (7) M. G., Ser., t. XVIII, p. 393. — (8) I. P. PURICELLI, *De sanctis martyribus Arialdo Alciato et Herlembaldo Cotta* (Mediolani, 1657), p. 485. — (9) PURICELLI, *Ambrosianae Mediolani basilicae ac monasterii monumenta* (Mediolani, 1645), p. 370. — (10) Hippolyti II Estensis archiepiscopi Mediolanensis.

A digium, Iohannem Iacobum Moltenum et Hieronymum Seregnum, Mediolani notarios publicos, anno et die suprascriptis. Et ita ego Franciscus Castellus Mediolanensis ecclesiae ordinarius, qui praedictis omnibus interfui, ad futuram rei memoriam scripsi (1).

et anno
1575.

7. Cum easdem reliquias et alias complures variis locis in cathedrali non satis decenter reconditas esse iudicaret S. Carolus Borromeus, eas recondidit in altare ecclesiae subterraneae, anno 1575 (2). Aderat Carolus a Basilica Petri, postmodum episcopus Novariensis, qui de translatione corporis in Germaniam Trithemium legerat eiusque narrationem exscribit. Cui subicit: Quod reliquias sancti Aurelii Mediolano translatas dicit de omnibus non est accipiendum, sed tantum de earum parte; Mediolani enim pars remansit in ecclesia maiori, ubi nos caput et quasdam alias reliquias vidimus (3). Quoniam iure crediderit S. Aurelii esse reliquias quas se vidisse testatur, vir egregius non aperit. In uno vase porphyretico corpus S. Dionysii simul cum corpore S. Aurelii olim conditum fuisse, quod deinde aquae baptismali basilicae metropolitanae servandae deputatum fuerit, ex fide Francisci Castelli tradit Puricelli (4).

Commemoratio.

8. Non deest S. Aurelii nomen in calendario ambrosiano canonicae Vallis Trataliae V idus novembris (5), neque in Beroldo: S. Aurelii episcopi ad S. Dionysium (6), neque in litanis (7). Officium tamen nullum habuisse videtur ante tempora S. Caroli Borromei (1588), qui fieri iussit de communi pontificum. In breviario ambrosiano anni 1635 lectionem tertiam propriam habet. Eius commemoratio adhuc inscripta est calendario ambrosiano.

§ II. De cultu S. Aurelii apud Hirsaugienses.

Vitae
S. Aurelii,

9. Temporibus Ludovici imperatoris corpus S. Aurelii ab episcopo Vercellensi Nottingo in Alamanniam delatum atque eius nomine in Hirsaugiae conditum fuisse ecclesia, varia testantur monumenta. Et primo quidem loco recensendae sunt Vitae S. Aurelii, quorum prima anonyma est, et ceteris antiquitate praestat (8). Alteram conscripsit Williramus abbas Ebersbergensis (9), ex qua tertiam multo brevioram confecit abbas Trithemius (10).

Vitam anonymam edimus e quatuor codicibus.

tum
anonyma
prior,

S = Codex bibliothecae Stuttgartensis (Landesbibliothek) HB. XIV. 13, olim Weingartensis, membraneus, saec. X ineunte exaratus. Passionale sanctorum a kalendis ianuarii ad kalendas iulii, cui addita est, fol. 237^v-242: Vita S. Aurelii

confessoris ex authentico renovata et narratio de exaltatione S. Crucis, quae eodem die, id est XVIII kal. octobris, legebatur. Vitae praemissus est prologus. Codicem diligenter excussit et Vitam Aurelii cum editione nostra principe contulit P. E. Munding (11). Codex optimus non est, et hinc inde emendatione eget.

H = Codex bibliothecae abbatiae Sancrucensis (Heiligenkreuz) 13, membraneus, saec. XII exaratus (12). Pars est magni legendarii Austriaci, complectens menses iulium, augustum, septembrem. Fol. 226-227: Vita S. Aurelii, die 14 septembris legenda.

L = Codex bibliothecae abbatiae Campililiensis (Lilienfeld) 60, membraneus, saec. XIII exaratus (13). Pars eiusdem legendarii, eosdem menses complectens, et fol. 233-234, Vitam Aurelii.

M = Codex bibliothecae Abbatiae Mellicensis (Melk) M.7, membraneus, saec. XV exaratus (14). Eiusdem legendarii septembrem et octobrem continet, et fol. 72-74: S. Aurelii Vitam.

H, L, M prologo carent, et suas habent lectiones quas in infima pagina notamus, ubi codicem S non manifeste emendant. Iisdem in codicibus omissus est locus, c. 12, ubi scriptor se ad narranda S. Aurelii miracula accingit, nullum tamen affert.

Vitam antiquiorem, quae interit, se emendaturum pollicetur anonymus. A Mediolanensibus forsitan illa accepta est; nam si locos communes de adolescentia exceperis, totus fere est hagiographus noster in enarranda Vita S. Dionysii et Ariana perturbatione, adhibita hinc inde Rufini Historia ecclesiastica. Quae de corpore S. Dionysii ab Aurelio in Italiam relato et ipsius Aurelii morte et depositione affert, ex Mediolanensi traditione procul dubio manant. Addit brevem historiam de translatione in Alamanniam, cui adiungere cogitabat miracula, quod nunquam praestitisse videtur.

10. Vita altera quae Willirammo debetur, quae praeter prologum et clausulam inedita est, in hisce codicibus reperitur.

B = Codex Monasteriensis bibliothecae Universitatis 23, olim Bodecensis, membraneus, saec. XV exaratus (15). Magni legendarii Bodecensis mensis septembris. Fol. 83-85^v: Vita S. Aurelii episcopi, ad diem 14. Contulit nobis P. Henricus Prümm S. I. Ex eodem codice habemus apographum bollandianum, a P. Iohanne Gamans submissum, in codice bibliothecae Regiae Bruxellensis 8936-38, fol. 92, solius tamen proemii.

Z = Codex bibliothecae Stuttgartensis Fol. 58, olim Zwifaltensis, membraneus, saec. XII exaratus (16). Fol. 36-38^v: Vita S. Aurelii episcopi et confessoris, quae prologo destituta est. Contulit iam laudatus P. Henricus Prümm.

T = Codex Treverensis, bibliothecae civitatis 454, olim Sancti Maximini, membraneus, saec.

AUCTORE
H. D.

E

tum altera
a Willirammo,

F

(1) I. A. SAXIUS, *Archiepiscoporum Mediolanensium series historico-chronologica*, t. I (Mediolani, 1755), p. 72. — (2) G. P. GUSSANO, *Vita di S. Carlo Borromeo* (Roma, 1610), p. 325. — (3) *Historiae eccl. Mediolanen. Caroli episcopi Novariensis* (Novariae, 1615), p. 79. — (4) Apud P. P. BOSCA, *Martyrologium Mediolanensis ecclesiae* (Mediolani, 1695), p. 134. — (5) M. MAGISTRETTI, *Manuale Ambrosianum*, t. I (Mediolani, 1905), p. 194. — (6) Id., *Beroldus sive ecclesiae Ambrosianae calendarium et ordines* (Mediolani, 1904),

p. 13. — (7) Id., *Manuale Ambrosianum*, t. c., p. 159. — (8) BHL. 819. — (9) BHL. 820. — (10) BHL. 821. — (11) *Das Verzeichnis des St. Galler Heiligenleben und ihrer Handschriften in codex Sangall. n° 566* (Beuron, 1918), pp. 68-75, 162-66. — (12) *Anal. Boll.*, t. XVII, p. 28. — (13) *Anal. Boll.*, t. XVII, p. 29. — (14) *Anal. Boll.*, t. XVII, p. 34. — (15) *Anal. Boll.*, t. XXVII, p. 318. — (16) G. WAITZ, in *Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. XI, p. 269; W. LEVISON, in *M.G.*, Scr. rer. Merov., p. 682.

AUCTORE
H. D.

XIII exaratus (1). Pars est Magni legendarii Treverensis, continens mensem maium. Fol. 94-96: Vita S. Aurelii episcopi, omisso prologo. Contulit nobis P. B. Van Acken S. I. Ex hoc codice habemus apographum bollandianum in codice Bruzelliensi 8936-38, fol. 94-97*.

Williramus († 1085) post «nenias» suas in Cantica Canticorum (2), rogatu Wilhelmi, qui fuit abbas Hirsaugiensis ab anno 1069, vitam S. Aurelii parvissimo breviluquo comprehensam in modum libelli extendere aggressus est. Anonymo certe proluxior est, ille tamen non ita brevis ut tamquam parvissima eius opella designari queat. Haec si non sunt rhetorice dicta, Williramus usus est Vita ex anonymo contracta, quae praecipua eiusdem facta eodem ordine rejerebat. Ea omnia vel ex locis communibus vel ex ecclesiastica historia, variisque libellis, ut est laudatio S. Eusebii Vercellensis (3), additis contionibus seu homiliis, extendit. Translationis narratio brevissima est.

necnon
tertia a
Trithemio
conscripta

11. Trithemius tandem vetere S. Aurelii historia se usum esse falletur, qui Williramii libellus est, ea ratione ut «verborum quidem plurimum, sententiarum vero aut nihil aut parum» immutaret (4). Crediderit ille se moderate cum Williramio egisse; revera licenter admodum narrata contraxit, ampliavit, interpolavit, more suo. Aurelium, quem armenium dixerat Williramus, in Germania natum esse asseruit; ab eodem simul cum Dionysio utramque Armeniam maiorem ac minorem ad fidem catholicam adductam esse; Aurelium a S. Dionysio de instante morte praemonitum fuisse; triennio post ipsum, VIII kal. iunii, anno dominicae nativitate CCCLXXXIII indictione Romanorum XI obiisse; in eius exequiis S. Ambrosium homiliam ad populum dixisse, cuius exordium fuit: «Amisimus fratrem et pastorem dulcissimum, immo praemisimus pium advocatum»; haec et alia minora addidit. Doctrinae quoque specimen praebere non omittit, ut cum civitatem Ridditionem seu Rhedicianam asserit nunc Orsam vocari, et sententiam eorum qui scripserunt S. Dionysii reliquias e Cappadocia a S. Basilio missas cum sua conciliare studet: Notandum ergo quod Cappadocia Minori Armeniae, in qua Rhediciana civitas habetur, omnino est contigua, et saepe una scribitur pro alia. Sanctus autem Basilius Caesariensis in Cappadocia episcopus, ut magis notus, litteras commendaticias Aurelio potuit dedisse ad Ambrosium et propterea visus sit a populo corpus B. Dionysii presulis misisse Mediolanum (5). Clausula est: Miraculis apud Mediolanum simul et Vercellas innumeris claruit, quae nimia intercapedo temporis tetra oblivione sepelivit. Post eius translationem in Hirsaugiam infinita fere miracula ad illius reliquias facta sunt, quae

partim scripta habentur partim in oblivionem hominum transierunt (6). Miraculorum quae scripto tradita fuerint nullum superest vestigium.

12. Commentationum omnium quae in Alamania de S. Aurelio scriptae sunt duae sunt partes: altera de ipsius vita, altera de reliquiarum ex Italia evectio. Et prior quidem tota pendet a carmine epigraphico perperam intellecto. Quae ex historiis ecclesiasticis afferuntur, ad Dionysii gesta pertinent, nequaquam ad Aurelium, qui saeculo plus quam integro post Dionysium vixit; cetera plane commenticia sunt. Restat ut de parte posteriore, seu translatione disquisitio instituat.

duabus
constant
partibus.

13. Praemittenda sunt quae litteris 9 octobris 1075 ab Henrico IV datis referuntur de Hirsaugia, a sancto nostro eo loci delato, Sancti Aurelii Cella nuncupata. Omnium sanctae Dei ecclesiae fidelium, presentium scilicet et futurorum, cognoscat industria, quod in regno nostro regulare quoddam monasterium situm est in provincia scilicet quae dicitur Theutonica Francia, in episcopatu Nemetensi, in pago Wiringowa (7) dicto, in comitatu Ingrisheim (8), in silva quae dicitur Nigra, iuxta fluvium qui dicitur Nagaltha (9) quod Hirsaugia, sive Sancti Aurelii Cella nuncupatum est, ubi et idem sanctus corpore requiescit. Quod tempore Ludovici pii regis in honore sancti Petri et sancti Aurelii episcopi constructum honorifice et Deo dicatum est ab Erlefredo quodam nobili senatore et religioso et a Notingo filio eius, reverentissimo Uercellensi episcopo aliisque parentibus Adalberti, comitis de Castello Chalawa, set deinceps a posteris eorum dissipatum est (10).

De translatione
in
Sueviam.

14. In codice Hirsaugiensi dicto, qui nunc in tabulario Stuttgartensi asseratur (11), binis in locis coenobii fundatio enarratur, et primo quidem in libri principio, fol. 2-3: quo tempore corpus S. Aurelii de Italia sit translatum. Hanc commentationem, BHL. 822, qua saec. XII usus esse videtur Annalista Saxo (12), infra dabimus. Fol. 25-25* eiusdem codicis, similia proferuntur, et Erlefredi praecipuae donationes enumerantur. Meminit et qui haec scripsit Leonis papae, Adalberti comitis de Kalwa avunculi, qui sibi privilegium monasterii presentari fecit lectisque litteris et cognita veritate eidem nepoti suo sub interminatione divine ultionis precepit ut absque dilatione monasticam religionem reformare studeret (13). Haec esse vera Hirsaugiensis coenobii exordia nonnulli negarunt (14); totam translationis historiam sequioribus annis confictam esse, nullum denique Nottingum Vercellensem episcopum unquam vixisse contenderunt, nec saeculo IX sed XI mediantem, quando venit Leo p. IX (an. 1049), prima monasterii fundamenta iacta esse. Haec facile refelluntur (15): nam Aure-

Codex
Hirsau-
giensis.

(1) B. KRUSCH, in *Neues Archiv*, t. XVIII, p. 622.—(2) W. SCHERER, *Leben Williram Abtes von Ebersberg in Baiern*, in *Sitzungsberichte der philos.-hist. Classe der k. Akademie*, Wien, t. LIII (1867), p. 197-303.—(3) P. L., t. XVII, p. 720.—(4) *Annales Hirsaugenses*, t. I (1690), p. 7.—(5) *Ibid.*, p. 9.—(6) *Ibid.*, p. 10.—(7) Würtembergisches *Urkundenbuch*, t. I (Stuttgart, 1849), p. 276.—(8) Edidit E. SCHNEIDER, in *Württembergische Geschichtsquellen*, t. I, Stuttgart, 1887.

Cf. M. G., Scr., t. XIV, p. 254.—(12) M. G., Scr., t. III, p. 45.—(13) SCHNEIDER, t. c., p. 25.—(14) Unus pro ceteris adducatur A. HELMSDÖRFER, *Forschungen zur Geschichte des Abtes Wilhelm von Hirschau* (Göttingen, 1874), p. 106-115, cui consentit G. WAITZ in M. G., Scr., t. XIV, p. 254.—(15) P. WEIZSÄCKER, *Urgeschichte des Klosters Hirsau*, in *Württembergische Vierteljahrshefte*, t. XXIII (1914), p. 229-41. Cf. et E. DÜMMLER, *Geschichte des Ostfränkischen Reiches*, 2^e Aufl., t. III, p. 655.

A lius iam inscriptus est calendario Augiensis saec. IX ad diem 14 septembris (1), et Vila antiquior saec. IX scripta est, ut ex ipsa primarii codicis aetate constat; ceterum a Notkero videtur lecta fuisse (2). Illius autem ecclesiae spatiosae quidem sed sine columnarum sustentaculo constructae nuper vestigia detecta sunt (3). Neque de Nottingo episcopo Vercellensi ulla ratio est dubitandi. In litteris enim quas die 16 martii anni 882 ab imperatore Carolo III datas asserunt, ecclesiae Vercellensi confirmatur possessio pontis quem Nottingus episcopus eiusdem Vercellensis ecclesiae mirabiliter super eum equitando per legem recepit (4). Adulteratas illas esse peritorum opinio est. At quoniam in gratiam Vercellensis ecclesiae id factum est, certum est nomen episcopi non extra Vercellensium seriem, quae satis nota erat, deproptum esse. Si autem morum huius aetatis recordabimur, et tot corporum sanctorum consentientibus vel invitis episcopis per orbem christianum transvectorum, non mirabimur Mediolanensem archiepiscopum ossa S. Aurelii, inscitis civibus, Nottingo tradere potuisse. Et integrum quidem corpus S. Aurelii se habere Hirsaugiensibus persuasum erat. Etenim quando, die 7 martii 1557, suppresso in Hirsaugia cultu catholico, reliquiae in Castrum Zimmern delatae sunt, comes Wilhelmus Wernherus se recepisse scribit: der gantz leyb sancti Aurelij des Hayligen Bischofs (5). Scio equidem Mediolanenses multo post ablatas reliquias eas denuo reperisse (6). Quae si vere S. Aurelii sunt, Nottingum deceptum fuisse et alterius ossa sustulisse necesse est.

Trithemius.

15. Monasterii Hirsaugiensis fundationem etiam enarravit Trithemius, nullis aliis, quod suspicari liceat, usus documentis (7). Rem totam more hagiographorum exornat, additque miracula de quibus in fontibus nullum est vestigium, v. gr. duplicem S. Aurelii visionem, et miraculum caeci illuminati. Populum Vercellensem ab episcopo deceptum fuisse apud solum Trithemium legitur. Hic quoque in Annalibus de reliquiarum S. Aurelii historia plurima notavit, quae non sine cautela accipienda sunt (8).

Anno 891: « Herderadus abbas audiens vires resumpsisse Normannos, metuensque futurum eorum ad partes Rheni, sicut postea contigit, adventum, et timens ne locum S. quoque Aurelii Hirsaugiensem destruerent, quod cum multis aliis coenobiis antea fecerunt, sapienti fratrum usus consilio, testudinem in ecclesia subterraneam fecit, in qua corpus sanctissimi praesulis Aurelii cum tabula inscriptionem nominis et dignitatis eius continente, tanta subtilitate abscondit, ut

considerari penitus a nullo mortalium posset in eo loco quicquam esse repositum (9). »

Anno 1050, immo 1049: Leo IX pontifex maximus reliquias olim absconditas requiri iubet; eo praesente invenerunt « sanctissimi praesulis Aurelii ossa pannis sericis involuta et in modum humani corporis ordinatim disposita et ad caput plumbeam tabulam ita continentem: Corpus S. Aurelii episcopi tempore Arnolphi regis hic repositum sub Harderado abbate (10). »

Anno 1091 consecratur basilica SS. Petri et Pauli (11). Ex codice Hirsaugiensi, qui notat in altare maiore depositas esse reliquias tum aliorum sanctorum tum S. Aurelii (12). In altare S. Nicolai anno 1448, in altare oratorii Sanctorum Omnium anno 1487 eiusdem inclusas esse reliquias (13) Trithemius omisit.

Anno 1488, 31 iulii, Blasius abbas « sacra eius ossa de tumulo levans, ne humiditate nimia computrescerent, loco sicciore ac decentiore summa pietate locavit (14). »

Anno 1498, 31 iulii, Blasius abbas « tumbam S. Aurelii pontificis aperuit, ossa eius cum magna reverentia extraxit et conspicienda fratribus ostendit; deinde (missa)... celebrata reposuit sacra busta in cryptam retro summum altare, ubi prius iacuerat, loco mundato pulchriusque ornato (15). » Eandem recognitionem reliquiarum a Trithemio duobus locis commemorari suspicor.

1502, consecratum est a Conrado episcopo Nicolaitano, episcopi Melensis vicario in pontificalibus, altare in honorem S. Aurelii (16).

16. Medio circiter saec. XVI, mulata in Wirtembergia religione, sacrum corpus Hirsaugia remotum est. Anno 1557, die 7 martii, translatum est in Castrum Herrenzimmern (17), anno vero 1594 in Hechingam (18), hinc, 1^o die aprilis anni 1690 in monasterium Zwifaltense (19). « Fuit mox a primis huius sancti a nobis obtenti diebus, » ita Annalista Zwifaltensis, « multorum capite aut cerebro laborantium ad eum accursus, qui liturgias de eo sibi legi et sacras reliquias imponi postulabant. Et merito; nam divum Aurelium contra eiusmodi infirmitates vel olim iam auxiliatricem afferre manum consuevit ex tabella antiqui characteris et operis semilacri, quae una cum divi sacris ossibus ad nos perlata est, et quondam Hirsaugiae fuit exarata, didicimus, utpote cui inscripta erat vernaculo sermone antiphona cum oratione ad Deum pro avertendis intuitu huius sancti pontificis infirmitatibus capitis, corporis et animae; quaeque adeo pia supplicatio ad fidelium usum et divi Aurelii augendum cultum typis impressa et in populum evulgata fuit. Quin ex ipsa sacrae calvariae fronte quae reliquis

AUCTORE
H. D.

E

Translatio
anno 1557.

F

(1) Act. SS., Nov. t. II., p. [120]; cf. p. [xxxiv]. — (2) CANISIUS-BASNAGE, *Thesaurus monumentorum*, t. II, 3, p. 132: « in eodem cum S. Dionysio monumento, sicut in vita condixerant (fuit) tumulatus. » — (3) WEIZSÄCKER, t. c., p. 239; A. METTLER, *Die beiden romanischen Münster in Hirsau und verwandte Kirchenbauten in Württemberg*, in *Württembergische Vierteljahrshefte*, t. XXIV (1915), p. 67. — (4) BÖHMER-MÜHLBACHER, *Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern*, 2^e Aufl., n. 1635. — (5) Ap. F. J. MONE, *Quellensammlung der badischen Landesgeschichte*, t. II, p. 136. — (6) C. D. CHRISTMANN, *Geschichte des Klosters Hirsau* (Tübingen, 1782), p. 11-14. Cf. supra, p. 130, num. 6, 7. — (7) *Ann. Hirsaug.*,

t. I (S. Galli, 1690), p. 1-3. — (8) Quae de Hirsaugia fabulatur Gotifredus Viterbiensis, *M. G.*, Ser., t. XXII, p. 247, a nostro instituto aliena sunt. Cf. H. BRESSLAU, *Jahrbücher des deutschen Reichs unter Konrad II*, t. II, p. 523. — (9) TRITHEMIUS, p. 42. — (10) *Ibid.*, p. 189. — (11) *Ibid.*, p. 292. — (12) SCHNEIDER, t. c., pp. 21, 23; *M. G.*, t. XIV, p. 261. — (13) SCHNEIDER, t. c., pp. 23, 24. — (14) *Ann. Hirsaug.*, t. II, p. 523. — (15) *Ibid.*, p. 572. — (16) *Ibid.*, p. 594. — (17) *Supra*, p. 132, num. 14. — (18) A. SÜLGER, *Annales imperialis monasterii Zwifaltensis*, t. II (Augustae Vindelicorum, 1698), p. 348. — (19) *Ibid.*, p. 345.

cranii

AUCTORE
H. D.

cranii partibus apparet detritior, deprehendere est id caput primum Hirsaugiae publicae venerationi a corpore seiunctim expositum, crebris opem pelentium osculis, attactibus et rosariorum affricu fuisse delibatum et haud dubie infirmis supplicantium capitibus imponi solitum (1). » Jampridem tamen Zwifaltenses reliquias sancti episcopi acceperant, nam inter sacra cimelia quae

anno 1656 eis remissa sunt numeratur os brachiale divi Aurelii episcopi, a principe Eitelio Friderico Zollerae et Hechingae domino olim acceptum. Hodie in ecclesia Zwifaltensi altare habetur S. Aurelio sacrum, in quo eiusdem caput asservari censetur (2). In catalogis reliquiarum Scaphusiensium et Sangallensium S. Aurelii nomen inscriptum est (3).

(1) Ibid., p. 345-46. — (2) O. HAFNER, in *Studien und Mitteilungen aus dem Benedictiner- und*

Cistercienser-Orden, t. XVI (1895), p. 430, num. 3. — (3) Quod nobis rescripsit v. cl. E. A. Stückelberg.

I. S. AURELII VITA PRIOR

E codicibus bibliothecae Stuttgartensis HB. XIV. 13 (= S), bibl. Sancrucensis 13 (= H), bibl. Campililiensis 60 (= L), bibl. Mellicensis (= M). Cf. *Comm. praev. num. 7.*

B

Vita S. Aurelii confessoris ex authentico renovata¹.

Prologus.

1. Gloriam¹ sanctitatis miraculorumque virtutes quas Christus in sanctis suis ad laudem gloriamque nominis sui ostentare dignatus est universus paene resonat orbis, totaque catholica inde exultat mater ecclesia. Quorum² quaedam laboribus catholicorum patrum stilo digesta utilitati legentium per innumera inconcussa inlilitataque saecula permanent reservata; quaedam vero et ut ita dicam innumera vel penitus silentio oppressa sunt, aut si forte stilo prolata, ita rusticano usu sunt edita, ut fastidium magis quam ullam efficaciam curioso conferant lectori. Quorum² etiam quia quam plurima scriptorum sunt vitio depravata, si perspicacium virorum sagax industria fuisset adhibita, ratione veraci vigilantia cura perspecta, ad lineam recti tramitis ita potuissent Christo propitio dirivari, ut non satis a vero directoque exorbitarent calle. Haec idcirco protuli, quia nuper a fratribus quibusdam rogatus sum ut vitam sancti Aurelii confessoris Christi, quae etiam tali aliquo modo, quo praediximus, non solum verborum compositione verum etiam sensuum dilacerata atque corrupta est, adhibita diligentia emendare inciperem; quam oboedientiam libenti animo, Dei omnipotentis misericordia fretus, amplexus sum, quia Christi domini nostri gratia praecedente confessorisque sui suffragantibus meritis, verba quae in gestis illius discrepantia casibus vel etiam recto loquendi³ genere dissona reperimus ita corrigere studemus, ut nullo modo nodum mendositate crimenque fallacie incurramus.

Lemma. —¹ Vita S. Aurelii episcopi M; eodem die Aur. ep. H; lemma om. L.

1. —¹ prologum om. H, L, M. —² quarum S. —³ corr., prius loquendo S.

2. —¹ hic inc. H, L, M. —² quae H, L, M. —³ ep. ipsius apice H, L, M. —⁴ partim supra lin. corr. S. —⁵ qui prius quid, tunc supra lin. corr. S. —⁶ prius invicti modo nec, corr.: invicti ex-

2. Igitur¹ beatus Aurelius provincia Armeniae ortus atque nutritus fuit (1). Nam nutritiva adolescentiae illius, quae ad tam felicem calcem pervenerunt, optima fore indubitanter credimus. Sed² quia memoriae nostrae aliquo scripturae indicio inserta non fuerant, silentio praeterimus, ea tantummodo recolentes, quae de apice episcopatus ipsius³ vel de contentione, quam contra perversissimam⁴ sectam arrianae haereseos illum egisse cum reliquis, qui tunc⁵ temporis praefatores Christi invicti noscuntur, experti⁶ sumus, nec eiusdem sancti viri gesta ceterorumque eodem in tempore pro fide Christi⁷ acta certamina ad purum digerere possumus, nisi eiusdem haereseos aliqua indicia sagacitati lectoris enodare temptemus, pauca⁸ de eiusdem haereseos initio, necnon de ferventissima ipsius persecutione memoriae mandare curabimus.

3. Temporibus siquidem¹ Constantini christianissimi imperatoris, presbyter quidam Alexandriae exstitit Arrius nomine, qui² prava quaedam de fide Christi³ proferre, et⁴ quae nunquam antea in quaestionem venerant, coepit; abscondere scilicet⁵ ac separare ab illa aeterna et ineffabili deitatis substantia vel natura Filium conabatur. Quae res plurimos in ecclesia⁶ conturbabat. Sed cum Alexander eiusdem urbis episcopus plurimis ammonitionibus a pravo incepto illum cuperet revocare, et res ei nullo modo ex sententia cederet, plurimosque iam⁷ ab illo corruptos non solum ibidem, verum etiam per alias urbes comperisset, perniciosum fore credens, si dissimularet a talibus, plurimis consacerdotibus⁸ rem indicat⁹; dumque quaestio latius innotescit¹⁰, sermo usque ad aures reli-

perti sumus S. —⁷ Christi fide H, L, M. —⁸ ideoque H, L, M.

3. —¹ itaque H, L, M. —² om. S. —³ Christi fide H, L, M. —⁴ om. H, L, M. —⁵ om. S. —⁶ in ecclesia plurimos H, L, M. —⁷ etiam H, L, M. —⁸ et sacerdotibus H, L, M. —⁹ indicare H, L, M. —¹⁰ innotesceret M.

(1) Titulum Mediolanensem male interpretati sunt qui haec excogitaverunt. *Comm. praev. n. 3, 4.*

A giosi principis pervenit. Tum ¹¹ ille ex sententia sacerdotum apud urbem Nicaeam ¹² episcopale concilium convocat; ibi Arrium ¹³, trecentis decem et octo episcopis residentibus, adesse iubet, ac de eius propositionibus quaestionibusque ¹⁴ iudicari. Cumque diutino tractatu assertiones eius discuterentur et, quid adversus illas ¹⁵ teneri deberet aut statui, summa cum libratione quaereretur, post assiduum creberrimumque tractatum, placet omnibus ¹⁶ ac velut uno cunctorum ore et corde decernitur omousion ¹⁷ scribi debere, id est eiusdem cum Patre substantiae Filium confiteri, id firmissima omnium sententia roboratur. Defertur sacerdotalis concilii sententia ad Constantinum. Ille tanquam a Deo prolatam veneratur. Cui si qui temptassent obniti, in exilium ¹⁸ protinus se protestatur acturum. Sex ergo tantummodo cum Arrio se patiuntur expelli; sicque usque ad exitum vitae paene Constantini fides catholica inconcussa permansit. Postea vero diabolicis fraudibus surripientibus, per quandam presbyterum partibus Arrii faventem eadem haeresis ¹⁹ acriter pullulare ²⁰ coepit. Quod quia longum est in tam brevi opusculo ²¹ replicari, omittimus atque ad id, propter quod rationem ipsam enarrare coepimus, redire conamur. Si ²² quis tamen de hoc aliquid ²³ plenius nosse desiderat, decimum ecclesiasticae historiae librum percurrere satagat (1).

post Constantinum. 4. Igitur post excessum Constantini Augusti, cum filiis ipsius rerum summa ¹ traderetur ², secta turpissima, quam ³ supra nominavimus, semine vipereo quasi de inferis caput extollens, faciem ecclesiae foeda colluvie ⁴ maculavit. Cumque post multa, quae replicari perlongum est, Arrius de exilio revocatus apud Constantinopolim turpissima morte spiritum exhalaret, nihilominus iniqua cottidie convalescente ⁵ secta, multi sanctorum exilio trusi sunt. Quo tempore etiam Liberius papa urbis Romae, quamvis mature iussu principum revocatus, tamen exilio est traditus. Et quia isdem ⁶ vir apostolicus, Deo propitio, in fidei firmitate stabilissimo ⁷ constitit fundamento, sententiam, quam Petro apostolo Christus promiserat, in illo credimus roboratam: Ecce satanas expetivit vos, ut cribraret sicut ⁸ triticum. Ego autem rogavi pro te ⁹ ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.

Concilium Mediolanense. 5. Ea igitur ¹ tempestate, qua diabolicus turbo tam foeda contagione maculabat ² ecclesiam,

iussu principis ³ etiam occidentales ⁴ episcopi ad consensionem Arrianae ⁵ haereseos fatigari coeperunt atque propter hoc apud Mediolanium ⁶ episcoporum concilium congregatur, pluresque eadem perfidia decepti sunt. Dionisius vero ⁷, Eusebius, Paulinus, Rhodanus et ⁸ Lucifer, dolum esse in negotio proclamantes, in exilium trusi sunt. His etiam iunctus est Hilarius. E quibus Dionisius ⁹ Mediolanensis episcopus nimis admodum fatigatus iniuriis, lictorum demum manibus traditus, in provinciam Armeniam ¹⁰ deductus, ibique in civitate quadam, quae Reditio nuncupatur (2), relegatus ¹¹ est. Contigit vero ¹² beatum Aurelium episcopatus officio eandem ecclesiam strenue gubernasse, quo beatum Dionisium ob defensionem catholicae fidei firmiter consistentem vis fervida propriis e sedibus iussu pepulit principum finibusque Armeniae ¹³ provinciae civibus oppidi praefati relegatum ¹⁴ copulavit.

6. Denique ubi ¹ felicissimus sacerdos Christi ² Aurelius adventum Dei famuli illuc ³ adventantis audivit, mox ad illum gratia visitandi summa alacritate properavit. Cumque se invicem athletae Christi dulcissimis vitae colloquiis salutare coepissent, inter amplexus mutuos prae gaudio fletum continere nequiverunt ⁴. Erat enim idem vir Aurelius scientia divinarum scripturarum ita integerrime, Christi concedente gratia, repletus, scutoque fidei christianae galeaque spei tam forti tectus munimine, ut nullum omnino aditum ⁵ lupis insidiantibus Christique ovile praedare cupientibus praerberet accessum, quamvis tunc vel maxime ⁶ Arrianorum ferret insana crudelitas. Sed nihil in sancto viro praevaluit perversi ⁷ dogmatis fortitudo ⁸, quia fidem ⁹, quam ¹⁰ patres catholici in religiosissimo sanxerunt Nicaeno concilio ¹¹, inviolabilem purissimo conservabat in pectore, omnesque ¹², quos repperit sanae doctrinae aliquo ¹³ modo contrarios existere, assertionem veritatis firmissima auctoritateque eloquiorum divinarum utriusque testamenti paginis sumpta plenissima ratione vincere ¹⁴ studuit; poenam ¹⁵ nihilominus gehennae atrocissimam securitatem in tam ¹⁶ prava obstinatione persistentibus crudeli comminatione promiserat. O mira atque ineffabilis dispensatio ¹⁷ supernae pietatis, quae ad convincendam superandamque pravitatem perversorum unanimem semper in fide atque ¹⁸ dilectione concor-

VITA I

S. Dionysius exsul

ab Aurelio excipitur.

F

¹¹ tunc H, L, M. — ¹² Nixam H, L. — ¹³ (ibi Arrium) om. L. — ¹⁴ que add. corr. L. — ¹⁵ om. L. — ¹⁶ add. sup. lin. L. — ¹⁷ omoyision L, M. — ¹⁸ exilio S. — ¹⁹ (eadem haer.) om. S. — ²⁰ pullulare S. — ²¹ corr., prius opusculo S. — ²² corr., prius sed S. — ²³ om. H, L, M.

4. — ¹ summam H, L. — ² tradider//nt H; tradider L. — ³ quod L, et supra lin. add. ut. — ⁴ conluviae S; colluvione H, L, M. — ⁵ inalescente L. — ⁶ idem H, L, M. — ⁷ stabilissimo S; stabilissima H. — ⁸ quasi L, M. — ⁹ pro te rogavi H, L, M.

5. — ¹ om. L. — ² maculavit H, L, M. — ³ principum H, L, M. — ⁴ corr., prius occidentalis S.

— ⁵ om. S. — ⁶ Mediolanum H, L, M. — ⁷ om. H, L, M. — ⁸ om. L. — ⁹ Dionysius H, L, M et ita porro. — ¹⁰ Armoeniam S; est add. H, L, M. — ¹¹ relegatus S. — ¹² Armoenie S. — ¹³ religatum S.

6. — ¹ corr., prius vir L. — ² Dei L. — ³ om. L. — ⁴ nequiverant S. — ⁵ de add. L. — ⁶ maxima H, L, M. — ⁷ perverse S. — ⁸ tortitudo S. — ⁹ om. S. — ¹⁰ sancti add. H, L, M. — ¹¹ con. Nic. H, L, M. — ¹² que om. M. — ¹³ ullo H, L, M. — ¹⁴ vel vincere H, L, M. — ¹⁵ plenam L et H ante corr. — ¹⁶ (in tam) vitam L. — ¹⁷ dispositio L. — ¹⁸ et H, L, M.

(1) De his et sequentibus, lege RUFINI Hist. eccles., X; SULPICI SEVERI Chron. II, 39. — (2) Civitatem Ridditionem in Armenia sitam esse

imperite ex Aurelii epitaphio deduxerunt hagiographi. Comm. praev. n. 3.

VITA I

diam connectit¹⁹ mentibus electorum. Tali namque tamque²⁰ inenodabili vinculo caritatis sacerdotes Christi beatissimus Aurelius atque Dionisius in amore copulati sunt Salvatoris, ut in Dei laudibus ymnisque caelestibus diebus noctibusque infatigabili cursu persistentes, Christum in eorum pectoribus habitare²¹ habitaculumque illos sancti Spiritus²² exstitisse nullus fidelium dubitaret.

Miraculis
uterque
coruscat.

7. Iamque adeo fama virtutis beatorum praesulum enituit, ut in virtute domini nostri Iesu Christi plurimis infirmis variisque detentis languoribus medelam¹ pristinae conferrent sanitatis. Et quicumque sacri corporis sanguinisque Christi illorum manibus consecrati communicatores exstiterant, omni deinceps, quam pridem sibi² inesse sentiebant, infirmitate carebant. Denique, per aliquanta annorum curricula tam miris tamque praeclaris³ fulserunt miraculis, ut omnes circumquaque provinciae concurrere festinarent atque in laudibus Salvatoris plurimorum ora prorumperent, quia tam perfectos tamque mirificos medicinae caelestis artifices Armeniae provinciae destinasset.

B

Communi-
nem
sepulturam
optant.

8. Fertur inter cetera id temporis a servis Christi peracta miracula conventio quaedam inter commilitones Christi fore mirifica, quatenus¹ ubicumque, divina disponente providentia, spiritum caelo praemitterent², illic³ etiam eorum⁴ corpora pariter terra contegeret, ut, quorum corda in superno amore indivisibili caritate iugiter flagrabant, eorum etiam ossa mortua nullo modo secernerentur in tumulo (1). Contigit vero inter haec, intruente languore, beatum Dionisium obitum suum per spiritum appropinquare sensisse⁵ finemque cursus sui atque certaminis fuisse completum; quod⁶ felicissimo⁷ consacerdoti⁸ non celat. At beatus Aurelius tali se sentiens solacio caruisse, ingenti maerore⁹ luctuque percussus, rivis lacrimarum ubertim faciem inrigasse perhibetur. Beatus vero Dionisius, non inmemor pristinae sedis, civiumque, propter quos tanta pertulerat, recordatus, petiit a beatissimo viro Aurelio quatenus, si fieri potuisset, corpusculum¹⁰ Mediolani sepulturae traderetur. Beatus vero Aurelius petitioni illius nil obiciens¹¹, excepto quod tempus exspectabat opportunum¹², quando absque ullo maris¹³ periculo tam pretiosum thesaurum partibus¹⁴ Italiae reportaret.

S. Dionysii
corpus

ab
Aurelio

9. Interim vero dum prosperum eventum itineris praestolatur¹, annis aliquantis intercurrentibus, tam magna tamque mirifica miracula²

per servum suum Aurelium Christus ostendere dignatus est, ut die noctique populorum concurrentium suosque³ aegros vel daemone obsessos deferentium turba confluere nullo modo cessaret. Nam quia medicinam caelestis solacii tam in corporum validudine quam etiam in recuperatione mentium in viro sanctissimo omnes undique adventantes agnoverant, quasi ad sinum matris parvuli, ita ad illum cotidie populi caterva concurrere⁴ festinabat. Sed vir Deo plenus, quamvis tam sanctis occupationibus indesinenter obstrictus exsisteret⁵, tamen petitionem sanctissimi consacerdotis sui oblivioni nullo modo tradebat. Nam tandem, superna dispensatione⁶ moderante, aptum tempus itineris explorans, data nautis mercede, quam illi naulum nuncupant, sacroque corpusculo linteis involuto navique imposito⁷, cursu⁸ prospero, Christo duce, aequare peragrato, litus attigit italicum, atque exinde calle rectissimo pervenit Mediolanum⁹. Quo audito, cives urbis illius cum ingenti gaudio occurrere festinarunt, laudum Christo¹⁰ praeconia referentes, quod proprio non fuissent privati patrono, sumptoque beatissimi sacerdotis corpusculo, summa cum reverentia¹¹ sarcophago¹² collocarunt.

Mediola-
num
deductur.

E

10. Quo tempore beatus Ambrosius, defuncto Auxentio¹ haeticorum episcopo, pontificatus² officio functus eandem strenue gubernabat ecclesiam. Cumque beatissimus sacerdos Christi Aurelius post commendationem beati Dionysii ad patriam reverti voluisset, supra memoratus pontifex beatus Ambrosius non praebebat assensum; quin potius, ut erat vir disertissimus omnique scientiarum flore adornatus, blandis monitis suavibusque³ conloquiis, ut secum remaneret, exortabatur. «Ne nos,» inquit, «frater, deseras neque derelinquas. In promptu est⁴ ut perficias quod dudum spondideras, ut qui inter tot discrimina contrariorum⁵ dogmatum varietatemque diversorum⁶ scismatum unam eandemque inconcussam catholicam fidei⁷ regulam⁸ pari sensu servavimus, pariter etiam, quoad usque Christus iusserit, vitae caelestis praeconia perennisque regni melle dulciora mutua⁹ conserere¹⁰ in laude Creatoris festinemus eloquia.» At felicissimus confessor Christi Aurelius, ammonitionem beatissimi Ambrosii quasi Christi ore prolatam ardentem amplectens, parvum quod supererat¹¹ spatium huius instabilis vitae ymnis Dei laudibusque continuis diebus noctibusque caelo praemissis, orationibus creberrimis¹² cum beato transegit Ambrosio (2).

Rogante
S. Ambro-
sio

Aurelius
Mediolani
commora-
tur;

¹⁹ conectit S. — ²⁰ om. L. — ²¹ facerent *add. al. man. in H.* — ²² Sp. sancti H, L, M.

7. — ¹ medellam S. — ² sibimet H, L, M. — ³ denique tam miris tq. pr. per al. ann. curricula H, L, M.

8. — ¹ quatinus H, L, M. — ² premitente L. — ³ illuc S. — ⁴ illorum H, L, M. — ⁵ sentisse H, L, M. — ⁶ om. S. — ⁷ felicissimum H, L, M. (*cf. n. 10* felicissimus confessor); et *add. L, M, et ante corr. H.* — ⁸ sacerdotem H, L, M. — ⁹ corr. S. — ¹⁰ ipsius *add. S.* — ¹¹ eius nihil obiciebat H, L, M. — ¹² expectabat oportum S. — ¹³ pelagique *add. S.* — ¹⁴ *add. supra lin. L.*

9. — ¹ praestulatur S. — ² om. H, L, M. —

³ que om. L, *eras. in H.* — ⁴ conc. p. caterva H, L, M. — ⁵ obsisteret L. — ⁶ dispositione H, L, M. — ⁷ sacrumque corpusculum linteis involutum S. — ⁸ que *add. L.* — ⁹ Mediolanum H, L, M. — ¹⁰ om. H, L, M. — ¹¹ diligentia S. — ¹² sarcophagum H, L, M.

10. — ¹ Auxentio S. — ² episcopatus L. — ³ suavibusque S. — ⁴ enim *add. H, L, M.* — ⁵ tot adversariorum discrimina H, L, M. — ⁶ diversarum S. — ⁷ fidei catholicae H, L, M. — ⁸ gloriam L. — ⁹ mutuo H, L, M. — ¹⁰ conferre L, vel conserere *add. sup. tin.* — ¹¹ superest L. — ¹² orationes creberrimas H.

(1) S. Aurelium eo loco depositum fuisse ubi S. Dionysius a saeculo plus quam integro iam quiescere dictum est. *Comm. praev. n. 3.* —

(2) Ambrosium anno 397 obiisse, Aurelium vero anno 475 non perspexit hagiographus.

A 11. Mira igitur¹ omnipotentis Dei² dispensatione atque ineffabili providentia rerum contigit eventus, ut, quod sancti Dei praesules de suorum commendatione corporum finibus Armeniae commanentes olim condixerant, hoc ex improvise³ eius corpus partibus Italiae completeretur. Nam eodem, quo illuc advenerat⁴, anni cursus circuitu revoluto, cum anniversarii⁵ depositionisque⁶ dies sancti Dionysii confessoris Christi⁷ immineret, eodem ipso die dormitio atque ad regnum Christi⁸ perpetuum evocatio sancti Aurelii contingebat. Tuncque⁹ omnis ambiguitas circumquaque¹⁰ mantentium abscissa¹¹ est omnisque credulitas roborata credentium¹², ut nullatenus illorum dubitarent coniungi¹³ corpuscula, quorum Christus ad suum regnum et gloriam animas uno eodemque in tempore convocare dignatus est. Uno igitur aggere unoque gremio telluris, duobus tamen mausoleis¹⁴, sanctorum confessorum Christi corpora cum ingenti gloria condebantur. O meritum sublime sanctorum, quos ita Christi gratia coronavit, qui pari fruere fide¹⁵, communi- que in saeculo atque infatigabili se invicem caritate foverent, quin¹⁶ etiam caelesti in¹⁷ sede coniuncti gaudio, perenni perfruantur angelorum consortio¹⁸, omnibusque¹⁹ integra fide poscentibus per eorum patrocinia hactenus²⁰ largiuntur beneficia, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum aeterno Patre et Spiritu sancto vivit²¹ et regnat in saecula saeculorum. Amen²².

Translatio eiusdem.

12. Neque hoc de sancto Aurelio reticendum

11. —¹ om. H, L, M. —² Dei omn. H, L, M. —³ improvisus S. —⁴ venerat H, L, M. —⁵ anniversarius H, L, M. —⁶ depositionis H, L, M. —⁷ c. Christi D. H, L, M. —⁸ om. H, L, M. —⁹ que om. H, L, M. —¹⁰ circum H, L, M. —¹¹ abscissa S. —¹² om. H, L, M. —¹³ iungi H, L, M. —¹⁴ mausuleis S. —¹⁵ fide fr. H, L, M. —¹⁶ parili H, M; pariter L. —¹⁷ in cael. H, L, M.

puto, quod nuper¹ de translatione corporis ipsius temporibus Hludouici² christianissimi imperatoris agnovimus(1). Quidam etenim³ Vercellensis episcopus Notingus (2) nomine ab archiepiscopo Mediolanensi corpus sancti Aurelii magnis precibus impetravit atque ad suum episcopatum Vercellis⁴ primitus convexit⁵. Et quia idem praefatus episcopus partibus Germaniae ducatu Alamanniae non ignobili stirpe ortus atque nutritus est, in quodam secessu cuiusdam saltus territorii sui amoenissimum locum explorans, dignissimum habitaculum tantoque mansore capacem studuit praeparare mansionem. Cum consensu igitur praedicti imperatoris christianissimi⁶ populi zelo fidei Christique amore perculti et⁷ partibus Germaniae conglobati, una cum praefato episcopo Vercellis devenerunt, ibique sanctissimi confessoris Aurelii sumpto corpusculo feretroque⁸ imposito, magno psallentium choro iuga Alpium pervolarunt laetissimoque cursu ad praefatum locum <in⁹> finibus Germaniae cum ingenti gaudio detulerunt. Quanta vero signa quantaque miracula eodem in loco, postquam sacratissimum corpus ipsius ibidem conlatum <est¹⁰>, per ipsius merita creator instauratorque omnium dignaretur ostendere, pro rei magnitudine humana lingua non sufficit enarrare. Ne tamen penitus praetermittantur intacta, pauca et pluribus narratione fidelium comperta opusculo huic succincta narratione cupimus inserere¹¹. Deposito¹² vero beati Aurelii, qua terram terrae reddidit spiritumque coetibus angelicis copulavit, evenit XVIII kal. octobris.

VITA I

a
Nottingo
episcopo
Vercellen-
si

in Ger-
maniam
deferitur.

—¹⁸ om. S. —¹⁹ que om. H, L, M. —²⁰ actenus S. —²¹ om. S. —²² (qui - amen) om. H.

12. —¹ om. H, L, M. —² Ludewici L, M; Luduwici H. —³ enim H, L, M. —⁴ om. L. —⁵ vexit L. —⁶ christiani S. —⁷ et H, L, M. —⁸ que om. H, L, M. —⁹ suppl. —¹⁰ (quanta vero - inserere) om. H, L, M. —¹¹ deposito S.

II. VITA S. AURELII A. WILLIRAMMO

E codicibus bibliothecae Monasteriensis 23 (= B), bibl. Stuttgartensis Fol. 58 (= Z), bibl. Treverensis 454 (= T). Cf. Comm. praev. num. 8.

Prologus in vitam sancti Aurelii episcopi, cuius festum est XVIII kalendas octobris.

Prologus.

1. Fratri¹ dilectissimo et in divinarum scripturarum <interpretatione²> acutissimo abbati Willihelmo vermis et non homo Ebersbergensis Williram (3) ad omnia fraternae iussionis munia libentissimam conivenciam. Scio, frater et dilectissime

domine, quia sapienciam tuam, quam in divinis melodiis et computi subtilitate sine ficcione didicisti, absque invidencia communicas et ideo, ut sapientem decet, alios in suae artis professione tibi non impares existimas. Unde et a me ydiota, qui tantum casus et tempora in divinis libris pro utilitate legencium studeo emendare, quasi a doctissimo scriba vis impetrare, ut nenias meas,

1. —¹ Prologum om. T, Z. —² suppl., om. B.

(1) De his, Comm. praev. n. 14. — (2) De Nottingo, cf. F. SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia*, t. I, p. 443; supra, Comm. praev. n. 14. Sunt qui Nottingum Constantiensem (920-935) pro Vercellensi scribendum putent. Satis infelicitur; nec iis assentitur A. HAUCK, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II, dritte und vierte November Tomus IV.

Aufl., p. 822, qui tamen in antiqua Hirsaugiensis coenobii historia dubius haeret. — (3) De Willihelmo Hirsaugensi abbati († 1091) et Willirammo Ebersbergensi († 1085), Comm. praev. n. 10; A. HAUCK, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. III, pp. 860-63; 968-69.

18 quas

VITA A.
WILLI-
RAMMO

quas in Cantica canticorum lusi (1), emendas debeam transmitti, et Vitam sancti Aurelii a finibus terrae caliginosa fama compertam et parvissimo breviloquio comprehensam in modum libelli extendere. Sapienti quidem possibile iudico multas ambages verborum producere, veluti de parvissimo argenti vel auri pondere longas et latas lamminas cudere; indocto vero non dico omnino impossibile, sed valde difficile. Sed quod impossibile est arti, possibile est caritati. Praecipienti ergo tibi, quem medullitus diligo, libens parebo, et ad cudendam sacrae historiae materiam, non quidem doctam, sed tamen promptam dexteram scripturus adhibebo.

Explicit prologus. Incipit vita 3.

Aurelius
Armenius.

2. Igitur beatus Aurelius nobilibus et religiosis parentibus in provincia Armenia natus, postquam domi deliciosis blandimentis ut infantilis 1 exigit aetas, est educatus, litterarum studiis imbuendus a parentibus committitur magistris grammaticae artis 2 et paulatim per incrementa temporis et munere divino et naturali ingenio in cunctis perfectus redditur studiis philosophiae. Coepit interim docibilis 3 adolescens inter duos clericos, id est inter duo testamenta vetus et novum, dulci sompno requiescere, et a mundanarum rerum strepitu in meditatione divinae legis delitescere. Revelatis enim oculis considerans mirabilia de lege Domini non lector obliviosus, sed factor operis munda et immaculata religione semetipsum aliis praebebat sanctitatis exemplum 4. Regnabat quippe in mente eius mater et custos omnium virtutum humilitas, quam decentes pedissequae comitabantur pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, largitas, continentia, castitas. Per omnes ergo ecclesiastici ordinis gradus ex praecepto seniorum ascendens, dignus sacerdotio ab omnibus indicatur. Postremo ipse quidem totis viribus renitens, sed tamen consensu populi victus et decretis antiquorum pontificum oboediens in Rediciana 5 civitate pontifex 6 ordinatur. Post susceptam autem 7 pastoralis curae sollicitudinem prioris conversationis nullo modo amittens consuetudinem, nulli se praeferebat, nisi qui forte divinis legibus contrarius erat, et exemplo summi pontificis Iesu Christi, quae faciebat haec et docebat. Lucebat in vultu eius sapientia omnium motuum interioris hominis 8 moderatrix prudentissima nec alius gestus erat corporis, quam quem ratio magistra intus composuisset 9 in archano pectoris, Petri apostoli monitis parens, non dominans in clero sed forma factus gregi dominico irreprehensibilem se in omnibus exhibebat, et occulta dedecoris abdicans, nec huma-

Iac. 1, 25.

episcopus
Rediciana
nus con-
secratur.

1 Petr.
5, 3.

3 vita S. Aurelii episcopi et confessoris Z.
2. — 1 infantulis T. — 2 om. T; artis gram. Z.
— 3 docilis Z. — 4 exemplum sanct. T, Z. —
5 Reditiana Z. — 6 praesul T, Z. — 7 om. Z. —
8 int. hom. mot. T, Z. — 9 comp. intus Z. —
10 om. B. — 11 canonicam T, Z. — 12 contr. crim.
perscrutans T, Z. — 13 ita sapientie sale fuerat

— (1) Edidit J. SEEMÜLLER, *Willirams deutsche Paraphrase des hohen Liedes*, in *Quellen und Forschungen zur Sprach- und Culturgeschichte*

nis laudibus inhians, soli cordis inspectori placere cupiebat ad exteriora subiectis providenda cum Martha frequenti ministerio satagebat congruis item temporibus ad pedes Domini auditurus verbum illius cum Maria residebat. Dioecesim autem 10 suam secundum patrum consuetudinem et canonum 11 exactionem perlustrans, et iniquorum detestanda et christianae religioni crimina perscrutans contraria 12, in auditorum cordibus vitia eradicabat, virtutes plantabat; quia sermo eius ita erat sapientiae sale 13 conditus, ut omni sexui, omni aetati, omni professioni videretur temperatus.

3. Per idem tempus Arriana haeresis, quae a detestando Arrio auctore 1 initium sumens Filium Patre minore asserebat, in tantum praevaluerat ut imperatores Constantinus iunior, Constantius et Constans et ceteri optimates regni iniquae parti faverent et catholicos sacerdotes ceterosque 2 verae fidei sectatores minis, terroribus et proscriptionibus ad consensum malignitatis urgerent, nec solum in Italia sed fere in omnibus mundi partibus veri christiani contemptui et derisui habebantur; quod corde credebant ore loqui non audebant, digitum ori prae timore imperatorum imponebant, nisi soli qui rerum amissiones, exilia et ipsius vitae dispendia pro fide catholica parvi pendebant. Verumtamen sancta romana ecclesia cui tunc praerat papa Liberius, vir per omnia doctrina et opere apostolico inconcussus 3, perstitit in hoc articulo dirae 4 persecutionis, utpote fundatus 5 super petram apostolicae confessionis, cui etiam portae inferi nunquam praevalerunt iuxta firmitatem dominicae promissionis. Nam per Dei providentiam procella nequissimi erroris sedata et verae fidei serenitate patefacta, sub eodem papa Liberio post aliquantum temporis spatium universo mundo facta est catholicae et apostolicae fidei reconciliatio 6. Ex praecepto igitur imperatorum collecto concilio in urbe Mediolanensi 7, cogebantur catholici episcopi per cyrographa, ut in synodalibus decretis fieri solet 8, Arrianis assentiri (2).

4. Inter eos autem qui, vi coacti ne proscriptiones et exilia paterentur ab imperatoribus, assensum Arrianis praebuerunt suis subscriptionibus, etiam ipse Mediolanensis episcopus Dionysius per cyrographum assensum praebuit, quamvis invitatus. Adveniens autem venerabilis senex Eusebius Vercellensis episcopus, qui nondum ibi erat, cum cognovisset quia Dionysius Arrianis consenserat, coepit ruinae eius compati, et si quod esset ereptionis remedium subtiliter praemeditari. Cum ergo in synodo quaestiones exorirentur de fide sanctae Trinitatis, ventum est ad locum in quem capitaliter nitebatur arrianae falsitatis assertio 1, ubi Dominus in evangelio

Arriana
haeresis.

E

Matth.
16, 18.

Dionysii
subscriptionem
Eusebii
Vercellensis

T, Z.

3. — 1 auctore Arrio Z. — 2 et ceteros T, Z. — 3 apostolicus inconcussus *codd.* — 4 om. T, Z. — 5 fundata, T, Z. — 6 reconciliatio Z. — 7 Mediolanensium Z. — 8 fieri s. decr. Z.

4. — 1 ass. arrianae falsit. T, Z.

der germanischen Völker, t. XXVIII, Strassburg, 1878. — (2) *Supra*, p. 135, annot. 1.

ait

Ioh. 14, 28. ait : « Pater maior me est, » non quidem loquens ² de divinitate, sed de assumpta humanitate. Hic Eusebius arrepta ³ occasione : « Cum vos, » inquit, « o Arriani proceres, maiorem Filio Patrem asseratis, cur non et apud homines hoc observatis? Cur mihi in assentiendi cyrographo filium meum Dionisium praetulistis? Canos multi temporis precor ne spernatis. Delete eius cyrographum, ut ego pro reverentia aetatis subscriptionis teneam prioratum, iste vero qui iunior ⁴ est tempore, posterior etiam subsequatur in subscriptione. » Cumque hoc Arriani pro suae partis favore dictum putarent, mox cyrographum Dionisii gratulantes deleverunt, et ab Eusebio ⁵ ut prior ipse ⁶ subscriberet quasi cum reverentia exegerunt. Tunc ille seria fronte : « Nec ipse, » inquit, « errori vestro communico, nec vobis filium meum Dionisium ⁷ communicare permitto. » Videntes autem Arriani perfidiam suam delusam, felle amaritudinis commoti, manus continere non potuerunt, sed resupinum venerandum senem Eusebium pedibus a summo scalarum usque ad imum, item ab imo usque ad summum, novem vicibus traxerunt, canina eum rabie ⁸ lacerantes et, si eis consentire vellet, seiscitantes (1). Quem cum tot iniuriis affectionibus ad consentiendum emollire non potuissent, in ergastulo eum recludentes, et nullum de suis ei ministrare permittentes, septem diebus pane tribulationis et aqua angustiae illum sustentaverunt ⁹, deinde per mandata imperatorum in Aegyptum ¹⁰ exilio eum ¹¹ destinarunt, Dionisium vero Mediolanensium episcopum, quem Eusebius arte divina ab eorum segregavit perfidia, omni circumvenientes astutia, postquam item ¹² ad consensum nullo modo pertrahere potuerunt, in civitatem Armeniae Redicianam, cuius praesul erat ¹³ Aurelius, per lictores publicos exilio relegaverunt ¹⁴ (2).

B
3 Reg. 22, 27. Dionysio in Armeniam relegato Aurelius occurrit ;

5. Cuius adventum et causam adventum cum praesul idem agnovisset, quasi vir catholicus catholico confessori gratulabundus occurrit, et cum se ¹ ulnarum strinxissent amplexibus, largis ora rigaverunt fletibus. Itaque duo doctissimi viri ad ² alterutrum conferentes subtilitatem legis Dei ³, prophetiae videlicet ⁴ et evangelii, ad praecavendum Arrianae haeresis virus, divinis undique fultam testimoniis exhortationem luculentam scriptis composuerunt, quam beatus Aurelius per proprietatem Armeniae linguae convocata populi multitudine decentissime edidit ⁵.

C
6. Erectis igitur omnium auribus ad audiendum ¹ : « Audistis, » inquit, « fratres carissimi, exlectione evangelica bono semini quod seminavit pater familias ab inimico homine, dum dormirent homines, superseminata zizania, et in bono semine filios lucis, in zizaniis filios tenebra-

rum cognovistis ² ex interpretatione divina. Ecce, ut veritas dixit ³, florentem per totum mundum christianae fidei segetem, Arrianae haereseos zizania maculant, quia prava eorum dogmata, quibus minorem Patre Filium Dei ⁴ asseverant, ex pessima radice orta passim male pullulant. Sed nolite timere, quia et manipulis tritici quod de bono semine natum est, parata sunt horrea dominicae salvationis, et fasciculis zizaniorum paratus est caminus divinae ultionis. Radicem tamen iniquitatis eorum considerate. Quia enim diabolus male interpretatur scripturas, filii etiam eius ad dampnationis suae cumulum ⁵ pervertere non metuunt evangelii sententias apertas et puras ⁶. Domino namque ⁷ in ipso passionis articulo ad discipulos dicente : « Si diligeretis me, gauderetis utique, quia ad Patrem vado, quia Pater maior me est. » Ipsi hanc minorationem ⁸ eum affirmant retulisse ad illam, in qua Patri est semper aequalis, divinitatem ; quam utique omnibus verae fidei filiis luce clarius constat ⁹ pertinere ad assumptam humanitatem. Sed quia nemo fit haereticus nisi contentione, propter pertinaciam suam non merentur penetrare duas in Christo naturas divinitatis et humanitatis. Nos autem qui fideles sumus, duas in Christo naturas confitemur, aequalem illum Patri credentes in divinitate, minorem in humanitate. Nam de divinitatis aequalitate primus sacrorum librorum scriptor Moyses testatur : « In principio, » inquit, « fecit Deus coelum et terram. » Primum itaque ¹⁰ appellans Filium Dei, secundum probabile testimonium evangelii quia Iesus, cum quis esset interrogaretur a turbis, respondit : « Principium, qui et loquor vobis. » Ipsa etiam ¹¹ Dei sapientia in libro Salomonis aequalem Patri profitetur substantiam suam : « Ego, » inquit, « sapientia ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam. » Iohannes item in initio evangelii sui ¹² : « In principio, » inquit, « erat Verbum etc. ¹³ omnia per ipsum facta sunt, » discretas utique personas genitoris et geniti, sed unam utriusque testificans substantiam, iuxta quod idem Filius Dei in eiusdem evangelii loquitur sequentibus : « Ego et Pater unum sumus. » Cum autem Paulus verissime protestetur Christum Dei virtutem et Dei sapientiam, quis non Arrianorum minorem Patre Filium blasphemantium detestetur ¹⁴ et abhominetur impudentiam ? Quis potentum huius saeculi aequanimiter ferre credatur, si quis ipsum quidem illustrem, fortem et prudentem protestans, sapientiam illius ipso ¹⁵ minorem profiteatur ? Et ut visibili utamur exemplo, quis intendens rotam solis si splendorem eius minorem ipso sole fateatur, insanus ab omnibus non dicatur, cum utique nec ¹⁶

2 om. B. — 3 accepta T. — 4 minor qui minor B. — 5 eo T, Z. — 6 ipse prior T, Z. — 7 filium m. D. vobis T, Z. — 8 rabie eum T, Z. — 9 sustentarunt T, Z. — 10 Egiptum B ; Egyptum T, Z. — 11 om. T, Z. — 12 idem T. — 13 sanctus add. T, Z. — 14 relegerunt, T ; rel. exilio T, Z. — 15 ex T. — 2 om. T, Z. — 3 edidit decent. T, Z.

6. — 1 ad aud. aur. T, Z. — 2 agnovistis T, Z. — 3 predixit T, Z. — 4 om. Z. — 5 cum. s. T. — 6 puras et ap. Z. — 7 iam add. T, Z. — 8 immorationem T. — 9 constat l. cl. Z. — 10 utique T, Z. — 11 autem Z. — 12 ev. s. init. Z. — 13 usque add. T, Z. — 14 detestatur T. — 15 ipsius illo T, Z. — 16 om. T, Z.

(1) Haec et narratur tum in homilia pseudo-Ambrosiana de S. Eusebio, n. 5-6, P. L., t. XI, p. 720, tum in Vita S. Eusebii, BHL. 2748,

VITA A. WILLI- RAMMO

Ioh. 14, 28. Gen. 1, 1. Eccli. 24, 5. Ioh. 1, 1. Ioh. 8, 25. Ioh. 10, 30. 1 Cor. 1, 24.

UGHELLI, 2^a ed., p. 755-56. — (2) Supra, p. 135, annot. 2.

videri

UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

- VITA A. WILLI-
RAMMO
- videri nec agnosci possit rota solis nisi per lumen splendoris. Igitur cum ipsa veritas, et omnes eiusdem veritatis testes, aequalem in divinitate substantiam confirmant Patris et Filii, vos, charissimi, Arrianam haeresim, et omnes haereses quae detrahunt Verbo veritatis fugite¹⁷, abhorrete et detestamini, memorantes apostoli¹⁸ Pauli sententiam: « Quia oportet haereses esse, ut et his¹⁹ qui probati sunt, manifesti fiant. » Et si araneae telas suas texuerunt, et si verba impiorum ad tempus²⁰ praevaluerunt, stante in apostolicae confessionis petra sancta Romana Ecclesia, publicae confusionis et divinae ultionis poenas cito sustinebunt. Quodsi²¹ proscriptiones, exilia et tormenta pati contigerit catholicae fidei sectatores²², omnis tamen qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit, quia et dominus Iesus Christus Dei Filius non praesentis sed futurae vitae gaudia promisit suis fidelibus. »
- 1 Cor. 11, 19.
- Matth. 10, 22.
- Aurelii et Dionysii miracula.
7. Postquam¹ talibus doctrinae caelestis exhortationibus, adversus diabolicae deceptionis argumenta, a beato Aurelio premunita est sancta² orientalis ecclesia, fere omnes in eadem regione³ verae fidei cultores ad ipsum et ad⁴ sanctum Dionysium confluebant, spiritibus immundis vexatos et omnis generis infirmos ob spem sanitatis ad eos deferentes⁵. Nec eos spes sua fefellit; nam quibus ob vitae merita Christi affluebat gratia, eos nimirum etiam⁶ signorum comitabatur efficacia. Laetabatur omnis Armenia in eorum doctrina et medicina: utpote per quos orientales populi veluti per duo magna luminaria verae fidei lumine illustrabantur, et ab omni infirmitate, invocato Christi nomine, curabantur⁷. Quamvis autem⁸ in custodia publica detineretur beatus Dionysius, cottidie tamen eius colloquio fruebatur sanctus Aurelius, et quia testante Salomone: ferrum ferro acuitur, et homo exacuit faciem amici sui⁹ ex¹⁰ alternae praesentiae venusto et iocundo aspectu magno uterque et quasi de die in diem renovato virtutum pollebat aspectu. Ex processu itaque¹¹ temporis et sanctae affabilitatis frequentia, tanta coaluit inter eos¹² amicitia, ut praesentis vitae spatia simul in Christo ducere optarent, post dissolutionem etiam¹³ corporum indivisam sibi sepulturam fore¹⁴ deliberarent. Aliquantis itaque¹⁵ annis exactis in concordia persanctae¹⁶ dilectionis¹⁷, cum imminere coepisset beato Dionysio¹⁸ hora suae¹⁹ vocationis, contigit eum valido febrium ardore detineri, et languorem de die in diem augeri in tantum²⁰ ut dissolutionis suae²¹ articulum iamiam²² sibi testaretur adventurum. His auditis egregius²³ praesul Aurelius, statim totus resolutus in lacrimas, maestas ex intimo cordis affectu profudit²⁴ quaerimonias quod tanti viri destituendus esset solatio, in quo nullius deesset virtutis²⁵ perfectio. Beatus vero Dionysius iam in ultimo spiritu constitutus quia largiente Dei gratia futurorum erat praescius, a carissimo sibi²⁶ Aurelio petiit, ut ultimae petitioni suae annueret et corpus eius licet²⁷ exanime, cum superni regis adiutorio²⁸ Mediolanum, ubi praesul extiterat, revehere curaret²⁹. Huic beati viri supplicationi sanctus Aurelius annuit propter fraternam caritatem, licet maximam obsistere navigationis et itineris non ignoraret difficultatem³⁰. Igitur exanime corpus amici, post psalmodias et missarum oblationes, aromatibus fecit condiri, exspectans donec per verni temporis clementiam et ventorum lenitatem Dominus annuisset navigandi prosperitatem³¹.
8. Erat interim ad beatum Aurelium¹ ingens concursus populorum propter curationem infirmorum; nam quibuscumque manus imponebat² vel³ signum crucis imprimebat, sani fiebant a quacumque detinebantur infirmitate; spiritus etiam immundos ab obsessis corporibus fugabat⁴ divini nominis potestate. Ad concursionem ergo⁵ populorum compescendam, vanamque gloriam, quae ex miraculorum frequentia subrepere potuisset subterfugiendum et praecipue ad tanti amici petitionem explendam, navim⁶ onerariam⁷ quae in Italiam tenderet exquisivit, invenit, naulum dedit, impositoque venerabiliter sacro corpusculo, navim⁶ ascendit, et mansuefactis⁸ per Christi gratiam ventis, prospero cursu in Italiae portum pervenit, deinde⁹ recto itinere Mediolanum contendit¹⁰. Praecesserat¹¹ autem fama tanti adventus; omnis de civitate et de suburbibus¹² obviam ruit aetas et sexus; ipse etiam sanctus¹³ Ambrosius eiusdem civitatis tunc episcopus cum omni clero obviam processit festinus, omnibus una voce Filium Dei collaudantibus, qui et confessorem suum Dionysium vivum in verae fidei soliditate confirmavit et defunctum civitati et populo quibus praesul extiterat redonavit.
9. Post cuius¹ venerabilem exequiarum celebrationem et sanctissimi corporis in marmoreo sarcophago compositionem beatus Aurelius cum familiaribus suis maturandi reditus consilium iniit; sed ei supra memoratus pontifex Ambrosius talibus divinae auctoritatis argumentis resistit²: « Oportet, » inquit³, « frater Aureli, ut nos confessores catholicae fidei terrarum ab invicem non dividat spatium qui Arrianae perfidiae⁴ temporibus constanter coaequalem Patri asseruimus filium Dei⁵. Ecce quam bonum et
- quo eius corpus deducit Aurelius; Ioh. 5, 4.
- hic ibidem commemoratur,
- 17 et add. T. — 18 apostolicam T, Z. — 19 om. T, Z. — 20 ad t. v. imp. T, Z. — 21 etiamsi T, Z. — 22 cath. f. sect. T, Z.
7. — 1 ergo add. T, Z. — 2 om. T. — 3 reg. ead. T. — 4 om. T, Z. — 5 offerebant T; afferebant Z. — 6 om. Z. — 7 igitur add. T, Z. — 8 om. T, Z. — 9 et add. B, T. — 10 om. T. — 11 igitur Z. — 12 i. e. c. Z; i. e. caluit T. — 13 vero T. — 14 om. T, Z. — 15 autem Z, om. T. — 16 sancte T, Z. — 17 dilectionis // // // // Z. — 18 cum iam b. D. immineret T, Z. — 19 om. T, Z. — 20 in tantum aug. T, Z. — 21 om. B. — 22 iam T. — 23 om. T, Z. — 24 e fudit T, Z. — 25 v. d. Z; esset v. deesset T. — 26 (quia - sibi) non mobilitate ingenii sponsonis oblitus sed futurorum praescius a beato T, Z. — 27 om. T, Z. — 28 (cum - adiutorio) domino faventem T, Z. — 29 (e. r. c.) extitit reverteret T, Z. — 30 (huic - diff.) sciebat quidem (om. T) vir sanctus ad explendam amici petitionem multum obsistere navigationis et itineris difficultatem sed de Dei misericordia etiam in mari longo (longe T) confisus annuit propter fraternam caritatem T, Z. — 31 (dominus - prosperitatem) om. B.
8. — 1 (int. - Aurelium) interea ingens ad eum T, Z. — 2 i. m. T, Z. — 3 ut B. — 4 in add. T, Z. — 5 igitur T, om. Z. — 6 navem T, Z. — 7 honerariam Z. — 8 mansuetis T, Z. — 9 et hinc T; dehinc Z. — 10 tendit T, Z. — 11 precedente T, Z. — 12 suburbanis T, Z. — 13 beatus T, Z. — 14 (quia - sibi) non mobilitate ingenii sponsonis oblitus sed futurorum praescius a beato T, Z. — 15 (D. f.) T, Z.
- quam

Psal. 132, 1.

quam iocundum habitare fratres in unum, ut viventes in Christo conversatio iungat non dissimilis sed una, mortuos autem in Domino nec ipsa dividat sepultura. » Tanto ergo pontifici, cuius studio et doctrina post arrianam perfidiam ad catholicam fidem conversa est omnis Italia, suadenti, immo Christo per os eius sibi loquenti beatus Aurelius assensum praebuit, quia de verbis oris eius ⁶ nil cadere in terram certum habuit. Ab illo die et deinceps a beato Ambrosio, qui eum in ⁷ omnibus humanitatis fovit officiis, non procul recessit; sed die noctaque psalmis, ymnis et orationibus vacans ad Patrem misericordiarum et Deum totius consolationis supplex genua flexit; ut quemadmodum in vita condixere sibi, fideli amico, quem exulem pro Christi nomine sustentavit cuiusque corpusculum per tot maris et terrarum spatia ad sedem propriam reportavit ⁸, mereretur consepleri. Quae fidelis eius oratio quia de caritatis fonte manavit, effectum etiam voti annuente divina gratia ⁹ impetravit ¹⁰. Post revolutum siquidem ¹¹ anni circulum, appropinquante beati Dionisii depositionis die, sanctum Aurelium febris invasit, et eadem die post acceptam eucharistiam et commendationem spiritus sui in manus beati ¹² antistitis ¹³ Ambrosii feliciter ad Christum migravit. Quo moriente ¹⁴ praesul idem in lacrimas proruens post deportatum honorifice corpus in ecclesiam missas cum frequentia cleri et populi celebravit, et ¹⁵ de ¹⁶ amborum meritis tam aperto sermone ¹⁷ relationem veritatis ¹⁸ insinuavit, ut nulla dubietas remaneret cordibus audientium, aequalis meriti

et prope
Dionysium
deponitur;

⁶ eius oris T. — ⁷ om. T, Z. — ⁸ (cuiusque - reportavit) om. Z. — ⁹ clementia T, Z. — ¹⁰ nam add. T, Z. — ¹¹ om. T, Z. — ¹² sancti Z. — ¹³ om. T, Z. — ¹⁴ morienti Z. — ¹⁵ om. B, Z. — ¹⁶ om. T. — ¹⁷ (a. s.) aperte Z. — ¹⁸ (rel. verit.) om. T, Z. — ¹⁹ elegerat Z. — ²⁰ si condixerunt T. — ²¹ corr:

fuisse apud Dominum quos in caritate non ficta elegerit ¹⁹; quibus unum diem vocationis et indivisam sepulturam, ut ipsi viventes sibi condixerant ²⁰ indulerit. Geminis quidem collocati sunt mausoleis ²¹ in uno loco, sed ad utriusque tumulum, omnibus ex toto corde quaerentibus praestita ²² beneficia pari modo. Tantaque fuit beneficiorum et miraculorum multitudo, ut etiam plerisque ex ulterioribus civitatibus et provinciis annuatim visitandi sanctorum confessorum sepulchra solempnis fieret consuetudo.

VITA A.
WILLI-
RAMMO

Translatio eiusdem ¹.

10. Temporibus ² Ludovici christiani ³ imperatoris cum quidam clericus nomine Notingo ex Germania haut ignobiler genitus (1), Vercellis esset factus episcopus magnis et multis precibus a Mediolanensi archiepiscopo corpus S. Aurelii impetravit, et in episcopatu suo aliquamdiu venerabiliter reservavit. Post haec collecta non modica ⁴ clericorum et familiarum turba, sacratissimi corporis ⁵ reliquias clitelis ⁶ imposuit, et trans Alpium iuga honorifice in domum saltus, quam in Nigra Silva Germaniae hereditario iure possederat, detulit. Ubi oratorium tanto mansore dignum venustissime fabricans, et per seipsum dedicans, praediis, codicibus, campanis et ceteris ecclesiasticis utensilibus pro sua possibilitate ditavit, et ibi pretiosum thesaurum corporis sanctissimi ⁷ pontificis Aurelii ⁸ ad salutem praesentium et praesidium futurorum ⁹ collocavit.

a Nottingo
in Germaniam
deportatur

E

Z. — ²² sunt add. T.

10. — ¹ (tr. e.) om. Z. — ² vero add. T, Z. — ³ christianissimi T, Z. — ⁴ non mod. coll. T. — ⁵ (s. c.) sacratissimas T. — ⁶ clittelis Z. — ⁷ s. c. T, Z. — ⁸ (p. A.) om. T, Z. — ⁹ f. pr. T, Z.

C

III. DE TRANSLATIONE S. AURELII HIRSAUGIAM

F

E codice Hirsaugiensi. Cf. Comm. praev. num. 12.

Quo tempore corpus sancti Aurelii de Italia sit translatum, vel quando Hirsaugia sit fundata.

Reliquiae
a Nottingo
allatae

Anno dominice incarnationis octingentesimo tricesimo, anno autem Ludovici pii, imperatoris Karoli Magni filii, decimo septimo, corpus sancti Aurelii episcopi et confessoris de Italia translatum est et Hirsaugia primum fundata (2). Nothingensi namque, Erlafridi comitis filius, Vercellensi cathedra sublimatus, tribuente Mediolanensi archiepiscopo, venerandi confessoris ossa, que in ecclesia sancti Dionisii eiusdem civitatis episcopi recondita erant, cuius sepulchrum usque nunc ibidem honorifice recolitur, civibus ignorantibus accepit ac paterno fundo, ubi postmodum Hirsaugia fundata est, invexit, ubi tunc eiusdem comitis domus saltus fuit. Sacre vero reliquie

primum deposite sunt in ecclesiola, que in honore sancti Nazarii martiris consecrata erat, sita in vertice prominentis collis, quousque ad ipsius collis radicem condigno decore ecclesia construeretur, unde et collis idem nunc usque de nomine sancti Nazarii nominatur. Ecclesia constructa ac variis ornamentis decore adornata in honorem sancti Petri apostolorum principis consecratur, ac sacra ossa in eadem sunt collocata, ad quam omnem circumiacentis silve latitudinem a fluvio, qui dicitur Deinaha (3), usque in fluvium inferiorem, Richinbach, et alia non pauca predia dedit ac cenobialis vite religionem ibidem esse instituit; que et per multa tempora sub constitutis patribus in eodem loco effloruit, sed peccatis hominum exigentibus, que regnum in regnum transferri faciunt et urbes opulentas inhabitabiles reddunt, ad tantam diminutionem spiritalis

in ecclesia
S. Petri
collocantur.

(1) Supra, p. 137, annot. 2. — (2) De his, Comm. praev. n. 14. — (3) Teinach.

vite

TRANS-
LATIO

vite devenit, ut deficientibus monachis in eorum locum clerici substituerentur, quia, ut scriptum est, non propter locum homines, sed propter homines Deus elegit locum, seu, quod magis estimari potest, quod per divinam providenciam ex hac diminutione ad maioris spiritualis discipline ubertatem idem locus sublimari disponderetur. Quod et postea patuit. Sub hac ergo immutatione aliquantis annis devolutis possessiones ecclesie ab iniquis invasoribus distracte sunt, manuscripta quoque, que ab antiquis principibus pro loci stabilitate facta fuerant, disrupta, nec non castellum Kalwa nuncupatum in ipso ecclesie fundo est constructum. Hec iniusta hereditas ad iniquos heredes per successiones devolvitur, quousque ad Adalbertum comitem senioreni quasi hereditario iure ipsius loci pervenit providencia, qui avaritie frenis laxatis, que ceteri parcendo intacta reliquerant, hic absque timoris Dei respectu, quamplura contraxit. Sed cum diu hac male parta hereditate potiretur, contigit beatum Leonem nonum eiusdem nominis papam, avunculum videlicet predicti Adalberti, ad invisendum regnum Theutonicorum de Italia progressum ad eundem ob consanguinitatis causam divertisse. Qui de fama sancti Aurelii audiens, pro certo scire cupiebat, si ipsius sancti viri reliquie, ut fama tulit, in eodem loco reservarentur. Ex ipsius comitisque precepto, accersitis artificibus non modica difficultate quesitum est ac desperatis

B
Earundem
recognitio.

rebus cassato labore cessatum. Sed diligentia D cuiusdam peritissimi artificis adhibita, qui ex Venecie partibus cum filiis advenerat, qui etiam postmodum multa beneficia eidem loco arte sua administraverat, subtercavatum locum ex malleorum repercussione advertit, nec sine magno labore tandem subterlatentem parvam cameram invenit, in qua adornatum sarcophagum cum ossibus venerandi confessoris Christi, apostolico omnibusque una gaudentibus, reperit. Recognitis igitur ab apostolico causis, de quibus ad tantam defectionem spiritualis vite hic sacer locus pervenerit, sub comminatione tremendi iudicii Dei prefatum comitem admonuit, ut iniuste possessa relinqueret et sacre regule observatores in eodem loco restituere satageret. Qua comminatione perterritus, vetere ecclesia destructa, que quidem spatiosa sed in modum veterum ecclesiarum sine columnarum sustentaculo constructa fuerat, novum monasterium, quod ad nostra usque tempora permansit, construi precepit. Anno ab incarnatione Domini millesimo quinquagesimo nono incepta est edificari ecclesia sancti Aurelii, anno vero millesimo septuagesimo primo consummata est et pridie nonas septembres a Henrico Spirensi episcopo (1) dedicata. Missis etiam legatis ad monasterium Solitariorum, quod vulgareiter Einsidelen dicitur, abbatem cum quibusdam fratribus impetravit.

Nova
construitur
ecclesia.
E

(1) Sedit Henricus v. Scharfenberg ann: 1067-1073.

DE S. ASCANAFRO PRINCIPE ROMANO

COMMENTARIUS PRAEVIUS

P. P.

TEMPORE
INCERTOS. Ascanafri
unde
ductum
nomen.

1. Solis Aethiopicus notus est S. Ascanafri (Ascanäfer), qui ad hunc diem in eorum synaxariis commemoratur cum latronibus tredecim, quos ad fidem perduxerat. Ipsum eius nomen, quod apud eos satis constanter expressum videtur fuisse, in aliis linguis inauditum est. Subdubitavit olim Iob Ludolfus (1) num fortassis librarium errore id staret pro Onesiphoro, cuius mentio in Graecorum calendariis hodie occurrit. Verum in synaxario aethiopico, ad diem 19 magabit, sive martii 15, rursus totidem litteris scriptum legitur nomen alterius S. Ascanafri (2), qui certo est S. Xenophon coniux sanctae Mariae idemque pater SS. Iohannis et Arcadii (3). Reapse S. As-

canafro pro nomine iuisse significantem aliquam appellationem ductam a ξένος confirmat ipsa historiuncula quae de illo refertur. At posticae parti eius nominis, mira nec fortuita quidem consonantia respondet vocabulum Abunafri, አቡናፍር : (Abunäfer) (4), alias አቡነፍር : (Abunäfer) (5), quod aethiopicum est pro Ὀνούφριος, Onuphrio. Collato utroque nomine, videtur S. Ascanafri graece primum dictus fuisse Ξενόφρων, i. e. « de hospitibus sollicitus », vel « hospitum curator ». Xenophon autem sive arabici, sive aethiopici, sive utriusque interpretis arte propria quadam in Ascanafri facile mutari potuit. Neque sine specie veri conieceris hoc nomen Ascana-

(1) Commentarius ad historiam aethiopicam (Francofurti ad Moenum, 1691), p. 393, annot. c. — (2) H. ZOTENBERG, Catalogue des manuscrits éthiopiens de la bibliothèque Nationale (Paris, 1877), p. 180; cf. F. A. DILLMANN, Lexicon linguae aethiopiae (Lipsiae, 1865), p. 1417. — (3) BHG. 1878-1879; BHO. 1246-1247; cf. Sy-

nax. Eccl. CP., ad dies ianuarii 26 et 30, pp. 423, 432. — (4) BHO. 820. — (5) Synaxarium aethiopicum ad d. 16 sane (iunii 10) ed. I. GUIDI, Patrologia Orientalis, t. I, p. 613 et seq. Forma Abānāfer, quae ibidem occurrit, ducta est ex alio casu nominis arabici.

-frum